Universitäts- und Landesbibliothek Bonn

Ad Reverendissimum Dominum Officialem Moguntinum Decanum S. Gangolphi D. Linckenheld qua Commissarium Apostolicum. Demisissima Replica cum Adjunctis [...] In Causa Praetoris, Scabinatus, totiusque ...

Raunheimer, Franz Anton

Mainz, 1750-1767 [[ohne Datum, ca. 1750/1767]]

Universitäts- und Landesbibliothek Bonn

Shelf Mark: S 475

urn:nbn:de:hbz:5:1-328602

Visual Library

Ad

Reverendissimum Dominum Officialem
Moguntinum Decanum S: Gangolphi D.
Lineckenhelo quà Commissarium Apostolicum

Demississima Replica cum Adjunctis
Sub Num i usque ad Num iii. inclusivè.

In Causa

Bratoris, Scabinatûs, totiusque Communitatis
in Nieder Wallus implorantis.

Contra

Insignem Ecclesiam Collegiatam Sti Petri
Moguntiæ implorata[m]

puncto ædificandæ in
Nieder Wallus Domûs
parochialis.

38.

UNIVERSITÄTS- UND LANDESBIBLIOTHEK

Reverendissime Amplissime ac Consultissime Domine Decane, et Commissarie Apostolice!

1. Si qua unquam lis in foro enata fuit, quæve luti post quasdam inanium vitilitigiorum incudias tantò postea atrocius rerudescere visa sit nulla profectò alia, nisi hæc erit, quæ de prætensa eversa bello suecico Domûs parochialis in Niederwalluff restauratione Anno Seculi prioris ultimo Suscepta, toties instaurata, per annos jam Sexaginta Septem miserè protracta tam pertinacibus forum Ecclesiasticum Strepitibus complevit, ut adeò Causæ hujus amplâ vel otiosi, vel in dilationibus collocati temporis intercapedine intercepta Systema foedè distractum, nec aptè connaturi facilè cuipiam videri profitissel, nisi exacta et ordinata priorum cum posterioribus Collatio dissolutas annosæ vetustatis reliquias providè tollitéque Conservâsset.

2. Adversæ quidem Exceptiones, quæ post tacitus quam Sesqui anni intervallum prorupse tandem prodierunt, justo majorem operæ

Voluminis molem referunt, in iis tamen congesta Causæ adversæ momenta tantùm augeri non potuerunt, ut pondus aliquod habeant, multò minùs nostra meritis præ-valere possint; Pro quibus adversis Exceptionibus cum inscripto ibidem Deducto ad Replicandum die 9tia Septembris anni prioris 1765 communicatis debitas, eâ quâ par est, observantiâ grates rependit Principalis nostra Communitas parem Dignitati Judicii Apostolici partitionem ac ipsa tantò nunc promtiùs præstans, quantò explorationis pretensarium ex adverso Exceptionum Series, et nexus perlustrari verúmque à falso dignosci potuit.

3. Ut autem eò expeditiùs planum fieret, cujus generis monchiique essent Deductiones ex adverso in longum et latum productæ non abs re fore visum est, Si ipsis ipsissimet adversarij vestigiis pressiùs insistentes Singulos ex ordine numeros adversæ Scripturæ ita percurreremus, ut quibuscunque in contrarium obmotis occurreretur.

4. In ipso statim limine offendit adversarius, qui, ut protelata tam diu litis Culpam ab Ecclesia sua Collegiata amoliretur, Num: Sibi 2do illius præ-potentiam

=poterit iam pretenso onere immensi aeris
alieni propriæ Ecclesiæ à fundamentis
erigendæ impensi deprimere conatur.
Adjustra: pretensum ab illo immensum
hoc alienum non à spatioso litis tempore
contractum est, à quo nova Ecclesia Petrina
fabrica notorie non stetit.

5to Ad Significanda diuturnarum litium odia
et ad prodendum perpetuæ in foro quietis
amorem sincerum, ubi par est, caduca Ex-
=ceptio rei ſ. nullius. ſ judicatæ, quam Leges
et Canones non fiemant, inutiliter opponitur.
Tantum enim abest, ut illa restauratæ litis
ingressum impedire possit, ut potius ina-
=ginariam Partis adversæ Victoriam penitus
everlat; Hæc siquidem Sententia licet non
in Contumaciam Communitatis nostræ
absentis per falsum tamen et non legitima-
=tum Procuratorem non vere et legitime
præsentis publicata non Legibus tantum
et Canonibus, sed receptæ inter singulas
Europes nostræ Ductiones gentes præ-
forensi adversatur, quæ publicationem
non nisi coram Procuratoribus Partium
Mandato procuratorio, et Syndicatu

instructis factam agnoscunt legitimam,
quam Competens et legitima Judicijs
agnoscibilis, agnitis et utrinque accep-
tati Cognitio Causæ in appellatorio
ex actis Instantiæ prioris instituendæ
adhibitâ in Subsidium integritatis
judiciariæ personâ publicâ, procedat
necesse est, ut adeò paradoxum videatur
aspectum, pretensam penes Judicijs
apostolici Sententiam definitivam
et in actis et in confessis Partis nostræ
ipsoque nostra Priore Summario Sub Nro 5to
constare; Scriptori enim altero Romæ
illa constare aliunde non potuit, nisi
ex allegatione Partis adversæ, quæ
suis illam Scripturis in Signatura
Justitiæ alibive productis adjici fecit.
Hæc autem notitia ex allegatione
Simplicii Partis adversæ hausta Confessio
dici nequit, præsertim cum ex nullo
pretensæ Commissionis Protocollo
per publicam adhibendi necessariò
Actuarij Personam conscripto probari
queat Communitatem nostram vel
ad totam Causam vel ad audiendam

Sententiæ publicationem vide citatam
fuisse, multò minùs per instructum
necessariò Syndicatu Procuratorem
Compareuisse.

6. Unde acta, ex quibus hæc Sententia con-
stare prætenditur, meæ fidelitia esse cog-
nouuntur. Nec enim vel ipsa citiam
hæc Sententiæ originalis, siqua produci
possit, nomen autorum mereatur, quippe
quæ tanquam actus finalis prætensi Judicij
anteriora præcedenti Judicij appellatorij
Partiumque acta supponit.

7 Summam itaque vel admiratione
vel risum necessariò movet insolens illa
Suiptoris adversi confidentia vel ad dece-
piendum ignarum assumta temeritas,
qua Sententiam hanc post plenariam
Causæ Cognitionem et utraque Parte
non usque ad Duplicas tantum sed ad
Ulteriores etiam Scripturas Sufficien-
tissimè audita, ordine juris vide Sovato
latam in præsentia Partium publicatam
fuisse. NRo 4. narretur, ante quinquaginta
vero et amplius annos in rem judicatam
transisse contendatur ex eo, quòd appella-
tionem

lionem frivole, vel pretendibus, interpositam prosecuta non sit Principalis nostra Communitas.

8 Concipi autem prorsus nequit, qua [illegible] valide asseratur, pretensam narratorum veritatem ex ipsis hunc inter Partes actis et Protocollo Judiciali plenam fidem habente colligi eaque in eam ipsa acta a Judice priore sumtibus Partis nostre compulsari petatur.

9 Quae tandem illa sint acta, quod nam Protocollum judiciale et per quem conscriptum, quis ille Judex prior hic designetur, a quo compulsanda sint acta, non exprimitur, vel suspectum lectae fraudis mysterium ambiguae huic malaeologiae subesse videatur. Sed quid quid sit, his generaliter atque nudè narratis opponitur.

Imò, In quo consistit illa per Abbatem instituta hac de causa cognitionis plenitudo? annon, vel hac pretendi possit, acta prima Instantiae ad praetensam secundam coram Abbate Instantiam appellatoriam colligi necesse omnino foret? Et haec

Abbati ter frustra requirenti, id infitiis ostenderet, exhibita non sunt, ergo praesens falsò plenaria Causae per Abbatem Cognitio fingimentum cuidit.

Judex enim Instantiae appellatoriae, ut intelligere possit, an à Sententia prioris bene appellatum, an à judice priori bene vel malè judicatum, an confirmanda illius, aut reformanda sit Sententia, sua praeter ac prioris Instantiae acta in judicando sequi tenetur, quae si non habeat, cum in facto supplere nequeat, nullam Causae Cognitionem instituere, multo minùs priorem Sententiam reformare posse intelligitur.

2do. In Brevi apostolico à Parte adversa impetrato non uni Abbati sed duobus insuper Ecclesiarum Moguntinarum Scholasticis Clericis Causa delegata est, igitur infra formam praescriptam hi simul procedere debuerant juxta

Cap. Causam 16. de
Cap. Prudentiam 21. de offic. et
potest. Jud. deleg.

At non processerunt simul, unus enim Abbas fuit, et subscripsit Sententiam, proin

cùm falente adversario hic unus procedere
nihil reputabitur egisse, & Sententia unius
Abbatis non teneat.

Vtlò Pretensa publicitas Commissionis
Partiumque Acta ulterioribus adhuc du-
=plicas Scripturis aucta ad Suppositem
fingunturr, qualia enim, & ubi sunt? Quis
authentica produxit? cujus manu con-
=scripta? Quis nomen Actuarij memoriæ
prodet? cujus Protocolli fide constat, ulte-
=riores Duplicis Scripturas accepisse Com-
=munitatis nomine coram fabulosa Com-
=missione exhibitas? ubi Mandatum pro-
=curatorium aut Syndicatus, quo Princip-
=lis nostra Procuratorem instructum
comparere oportuerat si quis fuisset? ubi
Decreta, vel quæ forma Decretorum?
quorum nulla ante Sententiam pre-
=tensam edita fuisse, & fidem & captum
excedit, ut omittamus Scisitari quando
& per quem illa Partibus insinuata sint.
Pretensi sanè Judicis apostolici Abba-
=tis Successor Rmus D. Franciscus
Abbas in Monte S. Jacobi die 30ma
7bris a: 1749 omni exceptione majus

in Scriptis dedit Testimonium manu
propriâ Subscriptum et Sigillo abbatiali
munitum, se pozt diligentem inquisitio-
nem in Causa Commissionis apos-
tolicæ Jurisdictionis Ecclesiæ Collegiatæ
ad Stum Petrum Moguntiæ appel-
lantis contra Communitatem Inferioris
Walluffij in Rhingavia appellatam non plura
reperisse, quàm adjacentia, Compulsoriales
nimirùm et inhibitoriales seu frustra cepe-
sitas, quas non Acta, sed privatas tantùm
Scripturas esse nemo non agnoscit.
Rei hujus seriatem Rmus Judex apostolicus
perspicere dignabitur ex prælaudato Testimo-
nio Solemni Actis Commissionis apostolicæ
de Anno 1749 in originali adjecto.
10 Nulla igitur Acta in Instantia, nulla Par-
tium Admissa appellatoria visa sunt prater-
so Judici respectivè Superiori, cui jam cum
Collegis, jam privatim Acta Instantiæ
prioris edi seu frustra Compulsanti Rmus
Vicariatus quà Judex Ordinarius non
paruit, nec legali parendi necessitate tene-
batur, eo quod Abbas aquè ac illi adjuncti
duo Concommissarii fuerint personæ
privatæ extrajudiciales, Rmo Archiepis-
copali

=copali Vicariatui Subjecta, et inferiores,
nec in ordine ad decidendas liligan-
=tium Judicii Ordinarii Subjectorum
Causas in dignitate Ecclesiastica Consti-
=tuta nec ad exercendam Jurisdictionem
delegatam habiles, quia nullo ad defi-
=niendas juste et canonice lites juramen-
=to Solenni adstricta fuerunt. Judices enim
juratos esse oportet, quibus juramentum
suffragante

Mynsingero Cent. 2. observat 76.

nec tiquam et nunquam remitti potest, ex
his apparet

4to minime Servatum sed invicem Juris ordi-
=nem fuisse; Quis enim Lauriendo ex citis
luce carentem nec adjunctorum sibi Collegarum
opera et Suffragiis adjutum Abbatem Con com=
=missarium de Causa tribus delegata cognos-
=cere potuisse, sibi aliisve persuadeat? Quis
eum ad Sententiam edendam caci procden-
=tem Jura communia, Civile, Canonicum
nostique Imperii Romano-Germanici
Leges Secutum esse somniabit?

5to Simili nullitatis insanabilis vitio la-
=borat ipsa Sententia coram falsis Procura-
=toribus publicata; Neuter enim Causae
hujus Procurator, tum pretensus Communi-
=talis

=talis nostræ, quam acter adversantis capi=tuli, ad actum ejusmodi requisitum

L. 24. Cod de Procurat.

Mandatum Speciale et Syndicatum pro=duxerunt. Actus hic igitur est nullus, hæc=que nullitas absque Mandatis agendi perpetua est, et post Sententiam quoque semper opponi potest, quæ totum Causæ etiam vitè servato alias ordine juris plenariè cognita, quod hic tamen falsum est, pro=cessum omnino invalidum reddit ac nul=lum, ita ut de Causa denuò cognosci et Sententiam à pratenso Judice A. 1706. sine Actis nullitèr prolatam non solùm nullam declarari, sed penitus reformari oporteat,

Gail. Lib 2 observ. 127. num 1.

Quæ nullitas omnino attendenda est, licèt ab allegante allegata non esset.

Blum in Processu Cam. Tit 56. de Caus nullit. num 20

6to Prudens hæc Sententia sine Actis Instantiæ ad secundam non collatis, nullis=ter prolata, eorum falso Communitatis Procuratore publicata in rem judicatam

transire nunquam potest, quod enim jure nullum est, nullum juris effectum consequi potest. Nec enim à falso Procuratore interposita nullitèr appellationem prosequi debuit Communitas, quæ Judicem pretensum, quem actorum edictione non factâ à Rmo Vicariatu quâ Judice ordinario à prior non cognitum esse sciverat, nec ipsa comparitione legitimâ unquam agnoverat aut agnoscere potuerat.

11 Paradoxum itaque est, Sententiam jure ipso nullam, à qua per falsum Procuratorem interpositam nullitèr appellationem prosequendi nulla necessitas erat, in rem judicatam prolabi posse, et jam ante quinquaginta et amplius annos, aut, uti Exceptionum adversarum num. 14 ad Supplicem excessu enormi prætenditur, in rem judicatam ante Sesqui Seculum prolapsam esse, quo sanè tempore lis hæc, Judex pretensus, ejusque Sententia nihil realitatis adhuc habebant. Ad Stabiliendam ex adverso pretensæ Sententiæ auctoritatem num. 5. frustra proferuntur

L. 1 ff. de re judicata
L. 6 ff de Exceptione rei jud.
L. 1. Cod. Sententiam rescindi non posse
Cap. 13 et 15 X. de Sent. et re jud.

12. Leges enim hæ civiles et canonicæ supponunt Sententiam à Judice competente, agnoscibili, et agnito, ex actis et rite servato juris ordine, intra formam judicii latam et coram Partibus vel per se vel per Procuratores Mandato Speciali et Syndicatu instructos præsentibus legitimè publicatam esse, quod apertissimè evincitur ex

L. 19 ff. de appellat et relat. et ex
Fil. Quæ Sententiæ sine appellatione rescindantur.

Siquidem juxta

L. 4. Cod de Sent et interloqu.

Prolatam s. a Præside: Sententiam contra Solitum judiciorum ordinem auctoritatem rei judicatæ non obtinere, certum est.

Jam verò prætensa ex adverso Sententia contra omnem Solitum judiciorum ordinem lata est, ergo rei judicatæ auctoritas illi prætendi nequit, atque hoc ipsum amplius declarat

L. 6. Cod. Sententiam rescindi non posse

Verba legis in rem nostram apponimus:

Gesta, quæ sunt translata in publica monumenta, habere volumus perpe-

tuam

=tuam firmitatem, neque enim morte
, cognitionis perire debet publica fides.

13. Ex quibus in contrarium sic inferimus: er=
=go cùm pretensa Sententia veluti caput
præcipuum librorum coram Abbate gestorum
non sit translata in publicum aliquod monu
=mentum, quale in rerum natura nullibi repe-
-ritur, illa nec in perpetuum rei judicatæ fir-
=mitatem acquirere potuit; Consequenter illa
nullius auctoritatis Sententia ab actis penitus
rejicienda erit.

14 Eundem omnino sensum cum LL. civilibus in-
=nuunt allegata ex adverso Capit. 15 et præcipuè
13 X de Sent. re judicata, quod ultimum
licèt Sententiam contra jus obligatoris latam
coram Partibus tamen vel per se vel per Pro-
=curatorem mandato Speciali A Syndicatu
ad hunc actum requisito instructos verè pre-
=sentibus publicatam, defectu appellationis
intra fatale decendii non interposite in
rem judicatam transire declarat, Sententia
nihilominus Contra jus Constitutionis ex-
=presse lata judicati vires non habuit, quod
evidenter evincitur ex ipsis Responsi pon-
=tificij verbis:

„ advertentes tamen, quòd, quantum ad
„ obligantes ipsos, jus ex Sententia
„ latum fuit, postquam in rem

transiit judicatam, etiamsi contra jus
delegationis lata fuisset, cùm contra jus
Constitutionis expressè lata non fuerit
veritate gestorum sermonibus prævalente, quæ
præsumitur rite celebrata [: non ostenso con-
=trario:] definimus, ut Archipresbyter S. Go-
=tuli, qui pro tempore fuerit, fidelitatem, et
obedientiam præstet Abbati Sancti Zenonis.

Luce hic à Pontifice data decisio conformis
est Cap. 4 n. 1. ibidem.

juxta quod

Sententia contra Leges Canonés ve pro-
=lata, licèt non sit appellatione suspensa,
non potest tamen subsistere ipso jure.

Ex quibus ita arguimus: Sententia, quæ non
potest subsistere ipso jure, nullum juris effectum
consequitur; cùm igitur Sententia præsenti
Judicis delegati Abbatis contra Leges, Canonésque
prolata sit, rei judicatæ auctoritatem aut
effectum juris non obtinet; Eam verò contra
Leges Canonesque prolatam esse ostenditur
ex sequentibus:

1mò Causa tribus delegata est, judicibus non
=delegatis, proin solus Abbas procedere non
potuit, processit autem solus, ut ex subscriptione
Sententiæ perspicuè cognoscitur, et sè man-
=dati fines excessit contra

L. 4. Cod. Quando provocare non est necesse.

Item

item contra

L. 39. ff. de re judicata et

Cap: 23. 22. de officio et potest. jud. deleg.

Judicata verò L. unius Condelegati Sententiam planè reprobandam esse, plenè probant in verbis:

„ Cùm Magistratus datos Judices et unum ex his pronunciâsse proponas: non videtur appellandi necessitas fuisse, cùm Sententia ture non teneat.

Lex 39: sic habet:

„ Duo ex tribus Judicibus, uno absente,
„ judicare non possunt, qui ipse omnes
„ judicare justi sunt.

Ex quibus hoc pro Causa nostra deducimus: Si duo ex tribus Judicibus, uno absente, judicare non possunt, quantò minùs unus ex tribus Judicibus, duobus absentibus, judicare poterit? asserta enim in adversis Exceptionibus Exceptio communitalis contra duos illos Scholasticos delegatos Causæ Commissarios non probatur, et inferiùs refutabitur.

Ideò Pretensus Judex ter frustrà requisitus Instan-

Instantiæ primæ actis cariit, proin de causa cognoscere non potuit, Judex enim ad quem ad utrasque priorii non minùs quàm Ria Instantia acta adstringitur, et illa in Judicando sequi tenetur, ut de probationibus, Confessionibus renunciationibus, aliis novis, siqua contra Idem eorum anteriorum in fraudem et ad decipiendum Judicem afferuntur, allegationibus formare prudens judicium queat, et sic verum à falso facilius dignoscens merita causarum cognoscat. Neque hæc Instantiæ prioris acta tantùm sed et pretensa Instantiæ appellatoriæ citata, quæ inter Partes ventilata et juxta

L. 6. Cod. de re Judicata

in monumenta publica, per publicam Notarii personam, ex præscripto

Cap. III. de Probationibus.

tam in ordinario Judicio, quàm extraordinario translata esse oportuerat, Abbatiam non visa fuisse, plenissimè probat authenticum et solenne Dmi D. Abbatis Francisci testimonium Die 30mâ Septembris A. 1749. expeditum et ad Commissionem Apostolicam Dicti Anni unà cum triplicatis inhibitionibus

et

et Compulsorialibus transmissum, per conse-
quens pretensus Judex penitùs nullam cau-
cognitionem suscipere potuit. Cùm autem
Stiò Judex pretensus non sine actis et Conde-
legatis tantùm, sed et sine persona publica gra-
phiarii ad sententiam nonnisi contra solitum
Judiciorum ordinem attentativè ferenda m
solus et unus processerit, nec pro ipsius pre-
sumatur processu, oportet, quem ex solo etiam
graphiarii defectu, Constitutio Concilii La-
teranensis nullum esse declarat, presertim
cùm nullis hac in causa legitimis Docu-
mentis constet; Nullum enim genuinum
Decretum, nullum Protocollum authenti-
cum produci potest, ex quibus intelligatur,
Cartes ritè citatas fuisse, et Communita-
tem nostram coram pretenso Judice, cui
acta prioris Instantiæ non edita fuisse,
non ignorare poterat, legitimè unquam
comparuisse. Nulla pariter acta Partium
in Lucem protrahi queunt, ut coram
Abbate gestum quidpiam esse intelligatur.
Nequid dicamus de mandato Procuratorio,
cujus ea est ad agendum necessitas, ut
sine eo gesta, sique essent, pro non ge-
stis reputari debeant. Cari Crisi
ob=

obnoscia est Decretorum insinuatio, ad quam Sufficienter docendam personas et tempora designari oporteret.

15 Cùm igitur tam notoriâ sit pretensi Processûs nullitas, secuta ex illo Sententia non aliter nisi nulliter pronunciari potuit, ut hìc insanabilem factæ coram falso Communitatis Procuratore Publicationis nullitatem prætermittamus, quæ post Sententiam semper opponi potest juxta vulgatum illud:

Dua sunt temporalia ad agendum, perpetua
Tunt ad excipiendum

Unde tralatitii juris esse pernositur, fundatam in LL. civilibus et Canonicis querelam nullitatis et implorationem restitutionis in integrum adversùs inutilem pretensi Judicis Sententiam, et 1749. coram Commissione Apostolica juré optimo propositam fuisse, et nunc rursum proponi posse.

Blum in Processu Cam: Tit: 57. num. 11. ut adeò epiphonematis loco ineptè ex adverso oggeratur illud Ciceronis ex orat. pro Actio Aventio, sub quo tamen titulo illa inter orationes Tullianas non comperitur.

Quod effatum Jure Consueti Romani ex vero et genuino illius sensu emendari et ita supplerì oportet: Impudentia est rem ex veris Actis

Ju=

Judicialibus et integris juxta stilum Judicio-
„rum ordinem ab agnito et jurato Judice ju-
„dicialem tabefactare conari.

Causa proin adverse Patronus Communi-
„tatem nostram alicujus imprudentiæ impru-
„denter arguit, quòd rem ab Abbate A. 1706.
contra Sacras Constitutiones et solitum Ju-
„dicorum ordinem nullitèr judicatam impugnet.
„Hæc ad fundandam pro pretensa unius Abba-
„tis Processu presumptionem faciunt, quæ
ad Num: 6. Exceptionum adversarium hucdè
narrando ponuntur. Adversarius enim cau-
„sam non soli Abbati, sed duobus insuper Ec-
„clesiarum Moguntinarum Scholasticis dele-
„gatam fuisse confessus merè et nimè confingit
quòd contra hos exceperit Communitas,
soli autem Abbati: notoriè tunc doctissimo
et Doctori promoto, causam ipsamet cum
plena fiducia reliquerit. Unde enim pre-
„tensa falsò contrà Scholasticos illos Ex-
„ceptio intelligitur, quibus ex actis evinci-
„tur? ubi illa, coram quo, per quem et quando
interposita est? quæ ratio exceptionis con-
„tra duos illos Condelegatos allegata est?
Ac quibus levissimis etiam indiciis vel Suspi-
„cari licet illam tam confidenter asseri am
ex adverso plenariam in Abbatem fiduciam

Com-

Communitatis, quam tum victricem talere non pote-
„rat, Acta prioris Instantiæ à Imo Vicariatu non
edita fuisse. Adversarius nimirùm devolutam ad
unum Abbatem causæ cognitionem per vim, sed fru-
„stra delorquere conatur. Cui enim delegatio ejus-
„modi tribus Conommissariis directa ad unum tran-
„sisse intelligatur, quem nullo circa causas ritè cog-
„noscendas juramento obstrictum Suo illustri Colle-
„gio Imus Archi Episcopalis Vicariatus, negata edictio-
„ne actorum, Judicem Superiorem non agnovit, nec
agnoscere nostra debuit Communitas, imò neque-
„dem potuit, in quo Superioris primùm ubest
Delegationem potestatis judiciariæ capacitas ex-
recepta in utroque foro Solennitate Sacramenti
de causis justè ac ritè decidendis prostiti resul-
„tat, et, præter Sufficientem rei forensis peritia-
„am practicam, ad Suscipiendam causæ alicujus
cognitionem necessariò prærequiritur, cùm
Judices non aliter causas dirimere consueverint
sit, nisi Sacrosanctis Evangeliis propositis,
uti exprimitur in

Vid: Cod. de jure jurando propter calum-
„niam dando.

et, teste

de Ludolff de jure Camerali pag: 7.,

expressim præscribitur in

Recessu Imperii de A. 1557. §. 20.

Quo

Judicialibus et integris juxta solitum Judicio-
„rum ordinem ab agnito et jurato Judice ju-
„dicatam labefactare conari.

Causa proin adversæ Fabronus Communi-
„tatem nostram alienjus impudentiæ impru-
„denter arguit, quòd rem ab Abbate A. 1706.
contra Sacras Constitutiones et solitum Ju-
„dicorum ordinem nullitèr judicatam impugnet.

„Hæ ad fundandam pro prætenso unius Abba-
„tis Processu præsumptionem faciunt, quæ
ad Num. 6. Exceptionum adversarium hucdè
narrando ponuntur. Adversarius enim cau-
sam non soli Abbati, sed duabus insuper Ec-
„clesiarum Moguntinarum Scholasticis dele-
„gatam fuisse confessus merè et nitrè confingit
quòd contra hos excepcrit Communitas,
soli autem Abbati p. notoriè tunc doctissimo
et Doctori promoto, causam ipsamet cum
plena fiducia reliquerit. Unde enim præ-
„tensa falsò contrà Scholasticos illos Ex-
„ceptio intelligitur, quibus ex actis evinci-
„tur? ubi illa, coram quo, per quem et quando
interposita est? quæ ratio exceptionis con-
„tra duos illos Condelegatos allegata est?
Et quibus levissimis etiam indiciis vel suspi-
„cari licet illam fam confidenter asserlam
esse adversus plenariam in Abbatem fiduciam

Com-

Communitatis, quam tum victricem talere non pote-
„rat, Acta prioris Instantiæ à Dmo Vicariatu non
edita fuisse. Adversarius nimirùm devolutam ad
unum Abbatem causæ cognitionem per vim, sed fru-
„stra deborquere conatur. Cui enim delegatio ejus-
„modi tribus Conommissariis directa ad unum tran-
„sisse intelligatur, quem nullo circa causas ritè cog-
„noscendas juramento obstrictum Suo illustri Colle-
„gio Dmus Archi Episcopalis Vicariatus, negatâ editio-
„ne actorum, Judicem Superiorem non agnovit, nec
agnoscere nostra debuit Communitas, imò neque-
„dem potuit, in quo Superioris primùm obest
Delegationem potestatis judiciariæ capacitas ex-
recepta in utroque foro solennitate Sacramenti
de causis justè ac ritè decidendis præstiti resul-
„tat, et, præter sufficientem rei forensis perili-
„am practicam, ad suscipiendam causæ alicujus
cognitionem necessariò prærequiritur, cùm
Judices non aliter causas dirimere consueve-
rit, nisi Sacrosanctis Evangeliis propositis,
uti exprimitur in

Tit: Cod. de jure jurando propter calum-
„niam dando.

et, teste

de Ludolff de jure Camerali pag. 7.,

expressim præscribitur in

Recessu Imperii de A. 1557. §. 20.

Quo

evocandi, causam et causas prætactas cum omnibus
suis incidentibus dependentibus, emergentibus,
annexis et connexis authoritate delegantis audi-
„rent, cognoscerent, deciderent, finemque debito ter-
„minarent: Verba sunt Descripti in Abbatem duos-
„que Scholasticos ex adverso impetrati, provt con-
„pulsorialibus ad Imum Vicariatum a. 1704.
ter emissis præmittitur. Jam verò quis non in-
„telligit his verbis comprehendi à tota prima In-
„stantia, Protocolla, Exhibita partium et ven-
„tilanda inter illas momenta causarum, quibus
prioribus non inspectis, posterioribus nullo modo
perspectis causam incognoscibilem decidere finemq
debito terminare potuisse Judex protensus, edi-
„titius, non juratus, non agnitus non intelligitur.

18 II-dus ex parte Abbatis defectus ostenditur ex
ipsa Litione Adversarii num. 8. sibi 6. confessi, non
soli Abbati, sed duobus insuper Ecclesiarum
Moguntinarum Scholasticis causam delegatam
fuisse, de qua cognoscendi potestatem ut ad unum
Abbatem devolutam esse quodammodo suaderet,
communitatem contra duos illos Scholasticos
excepisse, sine omni verisimilitudinis indicio
nudè et simpliciter narrat, hæc autem falsò
asserta Exceptio cùm ex nullis actis authen-
„ticis doceatur, nec in æternum doceri queat,
non minùs, ac legitima recusationis causa,
quam non allegatam tantùm, sed ostensam

esse

esse oportet juxta

Cap. 27. de offitio et potest. jud. deleg.

Ubi dicitur eum, quem Delegatus Apostolicus deputaverit Audiborem à neutra Partium posse reusari, nisi reusationis causa ostendatur, quod respectu Confudiis eò Strictiùs observandum esse nemo dubitabit et apertè constat ex

Cap. 8. de off. et potest. jud. deleg. in 6.

ubi expressim Statuitur, quòd Judex ab Apostolica Sede datus nonnisi legitimè reusari valeat, in tantum autem legitimè reusatus censetur, in quantum legitima reusationis contra ipsum causa

Attenditur, consequenter cùm fictitiæ utrinsque Scholastici reusationi nulla fides haberi queat, ipsa met Pars adversa agnoverit, necesse est, Abbatem sine Scholastico ambobus veluti Judicibus condelegatis ad causæ cognitionem pretensam seu potiùs ad ferendam ibidè Sententiam procedere non debuisse, illa quippe juxta

Cap: 2ud. eod. tit. Supra citato.

Licit antiqua Sedis Apostolicæ provisio, ut hujusmodi causarum recognitiones duobus, quàm uni, tribus, quàm duobus libentiùs delegaret, cùm ſ: sicut Canones attestantur :ſ integrum sit Judicium, quod plurimorum Sententiis confirmatur. Mandati siquidem excedere fines probaretur, siquis circa Formam Rescripti ausu temerario præsumeret judicare.

Jam verò licèt Abbas et utrique Scholasticus emissis alterâ et tertiâ vice Litteris compulso-

rialeby

"rialibus et inhibitorialibus: Si tamen privati
hisce Scripturis fides habenda Lit: non junctim Fa
"si ripserint, neuter horum tamen conjudicium un
um Abbate ulteriùs processit, neuter pralensa
sententia clamulatio, que jam à primo instanti
nativo nullitatis insanabilis vitio laborare ex
nomen suum impertitus est, proin ùm Abba
unus proruperit, nihil repulabitur egisse et Nun
fines excessisse probatur, dum vira et contra for
"mam Rescripti tribus directi sine aliis ùm
Instantia, nec adhibita Actuarii persona
publica, sine Probatulo, nec perspectis cau
"sarum meritis cacè nullibique judicare pra
"sumpsit. Unde verisimilius apparet, Scho
"lasticos illos non ob exceptionem contra Le
à Communitate, ubi fingitur, interpositam,
sed ob Defectum actorum primo Instantia
sibi edi et extradi ter frustra requisitorum
à processu prudenter abstinuisse, ne, ad phrasi
canonica utar, judicium Ecclesiasticum exercere
in tenebris voluisse viderentur.
Allegato proximè superiùs Capitulo Suffraga
"bus"
Cap: 16. de offitio et potest. Jud. delegati.
In quo hac decisio clara exprimitur his verbis:
ùm causa duobus committitur, Sententia
"unius non tenet.
Ex quibus ita inferimus: Si causa duobus
com=

commissâ unius Sententia non tenet, quando minùs causâ tribus commissâ unius tenebit Sententia, non visis Actis primæ Instantiæ, neglectis Solennitatibus juris, non servato Processuum ordine per Judicem non agnitum in prolensa Instantia appellatoria attentativè prolata, coram falsis Procuratoribus, Mandato Procuratorio et Syndicatu non instructis publicata."

19 III^tius ex parte Abbatis defectus est culpositus in eo neglectus Constitutionum Canonicarum, et Solennitatum judicialium, quas tamen quilibet cujuscunque Status et Dignitatis Judex Ecclesiasticus ex officio attendere ac observare tenetur juxta

Cap: I. de Constitutionibus

quod sic habet:

"Canonum Statuta custodiantur ab omnibus. Et nemo in actionibus vel Judiciis Ecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate ducatur.

Hæc ipsa ordinatio Canonica repetitur

Cap: IX. de Judiciis.

Constitutio autem ac Solennitas Judiciorum præcipuè est, illa à C. Lateranensi prescripta et relata.

Cap: XI. de Probationibus.

quo statuitur,

"ut tam in ordinario Judicio, quàm ex=

„extraordinario p: quale hic ex pretenso fuit
„ Judex semper adhibetat aut publicam p: si
„ potest ad habere: / personam, aut duos viros
„ idoneos, qui fideliter universa judicii acta
„ conscribant .... et cetera, quæ omnia re-
„ quirunt competenti ordine conscribenda, loca
„ designando et tempora et personas.

Quæ verò qualisve fuit illa persona pub-
„lica in pretenso, siquod fuit, judicio extra-
„ordinario, utpote ad præparatorio de jure adhi-
„benda? aut quinam hujus defectum supplevе-
„runt duo viri idonei, qui fideliter universa
et ex adverso totius pretensa hujus Com-
„missionis acta competenti ordine conscri-
„berent, loca sessionum, tempora exhibito-
„rum aut Decretorum et personas exhiben-
„tium designando? Quinam Scriptores illi,
penes quos originalia remanerent: ut, si
super processu judicii fuerit suborta con-
„tentio, per hos posset veritas declarari,
quatenus hoc adhibito moderamine Ec
honestis et desertis deferetur judicibus,
Conc: voluit, quod per improvidos et
iniquos iniquitatum justitia non laedatur.
Et causam provisionis hujus Canonis circa
necessariam quomunque in judicio adhibitionem
Notarii,

Notarii, quo Abbas quidem, cùm nihil veram eo gestum fuerit, carere potuit, illo tamen non adhibito formam Judicii et ordinem Processûs servare nequivit, et officium Judicis implevisse non intelligitur, qui juxta citatum

Cap: IX. De Judiciis

ex officio providere debuerat, ut debitæ Solennitates in hoc servarentur Judicio, quibus ubique vel ex imperitia vel Scienter de industria omissis judicium pretensum redderetur frustratorium.

Quidquid autem sit, à culpa neglectæ Solennitatis hujus nullo modo excusabitur; Sit enim imperitiæ illam tribuere placeat, qua veritate nomen et Jus notoriè Dotissimi pretensi Judicii ex adverso asseretur? qui, si hanc Solennitatem de industria prætermisit, de Studio Partium suspectus indiscreti favoris et temerariæ levitatis manifestè arguitur et animadversionis debitæ reus, à qua quidem rebus humanis exemtus eximitur, pro ipsius processu tamen nihil presumatur, verbi, cùm penitus nullis hac in causa legitimis documentis innitat, nec enim ex illo Decreto genuino aut pretensæ Commissionis Protocollo de citatione Partium, de Contestatione Litis et ex adverso pretensa ulteriorum actorum Duplicas Scripturarum Exhibitione quidpiam constat.

Cùm priori necessitatis est Solennitas altera, perinde

perinde ab Abbate prælermissa, quòd p: siquid tamen gesserit: cum falsis Procuratoribus gesserit, quorum licèt ulterque novo ad novam Instantiam appellatoriam mandato instructus accedere ibique producto de pecus acta remansuro ad agendum legitimare se debuerat, de præsenso tamen in Sententia Communitatis nostræ Procuratore specialiter advertimus Sequentia:

Cùm ex verbis finalibus

Cap: 44. de Procuratoribus

Procurator procurationis officium in appellatoria Instantia prosequi non teneatur, nec nisi producto novo Mandato ad agendum coram Judicijs appellatorijs ex nota Brazi Judicum ad quos admitti soleat de possit, nequa Partium excipere posteà possit, quòd Procuratorem tunc ad causam in Judicio defendendam non miserit, & ideò, quæ cum ipso facta sunt, subsistere non debere pronunciandi, ut perspicuus ex

Cap. 1. de Procuratoribus.

necessarium omninò fuerat, ut Judex præsentes instruendam personam cum mandato legaliter facto, Prætorum et Scabinorum subscriptionibus roborato, gestisque, ideſt, Actis privis Instantiæ jam habilis, ex more indicto scil. ex consuetudine in Judicijs obtinente, admitteret, ut, quidquid cum ea persona Pro-

Procuratoris actum fuerit, jure subsistere.

Si nullum ejusmodi mandatum Procuratorium à pretenso Communitatis Procuratore productum unquam fuisse, docere hactenus potuit, nec unquam docebitur. Unde si ex hypothesi fictitia et præsindendo à negata editione Actorum primæ Instantiæ post denunciatam Rmo Vicariatui Delegationem Communitas nostra prætensum Judicem ex nudo Compromisso agnovisset, tanto hic cautius procedere, tantique consuetius subscriptum debitè Syndicatum à pretenso in sententia Procuratore Communitatis exigere, productum Actis Commissoriis per publicam personam aut duos viros idoneos conscribendis adjici curare debuisset, num Se à Rmo Vicariatu tot frustra requisita primæ Instantiæ acta denegante Judicem Superiorem non agnitum fuisse fuerit.

Idem erit de pretenso in sententia partis adversæ Judicem prætensum licèt agnoscentis Procuratore, à quo productum fuisse Mandatum nulla Acta, nullum documentum authentium docet; quapropter non legitimatis utriusque Partis procuratoribus semper obstat valgata Exceptio falsorum Procuratorum, quorum sine Mandatis agendi nullitas

est

est perpetua et Imperpetuum post Sententiam, op-
„ponì potest, ac totum causæ alicujus in Judicio quo-
„cunque processum, omnémque ex Actis diam aliàs
legitimam Cognitionem, quæ hîc tamen non inter-
„cepit, ipso Jure retrò nullam reddit ac penitùs rescin-
„dit justa

L. 34. Cod. de Procuratoribus et
Cap: 4. de Procuratoribus.

ubi verbis apertissimis declaratur:

„ Quod falsi Procuratorio exceptio non solùm
„ ante Sententiam verùm diam postèa potest
„ objici: utpote qua probata judicium nullum
„ et nullius momenti controversia reputantur,
„ processum ejusmodi Judicum Sententiâ aliter
„ irritandum esse Innocentius III. decernit.

20 IIX-tus protensæ Commissionis defectus est ille
ad Sententiam ferendam proaspus non visis actis
primæ Instantiæ. Si enim Judex quicunque
in judicando sequi debeat, non quod privata
suadet scientia: quæ in Abbate nulla esse
potuit: sed quod ex allegatis et probatis constat
sepposito omni affectu pravo, quem causat favor,
levitas et similia recto judicio inimica, inquit

Zoës in L. 1. Decretalium Tit. 35. de of-
ficio Judicis n. 6.

ubi hanc in rem allegat
Can. Judicet Can. III. L. VII.

Dubium

dubium esse non potest, quin Judex aliquis superior, qualis respectu Rmi Vicariatûs Abbas prætenditur, in Judicio appellatorio constitutus ad acta prioris non minùs quàm suo instantiæ perinde adstringatur, quod et ex

Cap: 26. de Procuratoribus.

eruitur, ubi Gregorius Maximo Salonensi Episcopo rescribens nullitèr gesta cum persona Procuratoris mandato legaliter facto non instructi causæ gesta seu acta ex more indulto sibi transmitti petit; ex quo sic arguimus: si Summus Pontifex, cui juxta

Cap: 19. de Sent. et re judicata.

in causis, quæ illius judicio deciduntur, et ordo Juris et vigor æquitatis est subtiliter observandus, et, à quo sicut Judices cæteri tenentur judicare, judicari solet, instauranda vera causæ cognitione ex actis prioribus instituri ex more indicto seu nota consuetudine voluit, sequi exemplum delegantis Judicem delegatum oportebit, ut dignoscere possit, an à Judice ordinario malè judicatum, benè appellatum fuerit, et ideò sententia prioris instantiæ reformanda sit.

Ast quomodò prælatus Judex in judicando securus esse censebitur, quod ex allegatis et probatis ei constare debuisset, qui frustra requisita Instantiæ prioris acta non vidit, quod ex eo sufficienter ostenditur; si enim adjacentes solenni Rmi D. Abbatis Francisci testimonio schedæ perlustrentur, primo rem pusoriales

pro

pro edendis primo Instantiæ Actis Die 9na Jan.
1704. emissa sunt, quas unus Abbas Subscripsit,
ac presse suo unitis Sigillo, his autem Litteris edi-
torum intenta frustratis, demum vondelega-
torum brachiis ansatus secundas Compulso-
riales ab utroque Scholastico Subscriptas et Sigil-
latas per Subscriptum ibidem Notarium Apo-
stolicum Joannem Meurer Die signatæ dicti
mensis et anni Dmo Vicariatui insinuari mea-
ad quas non editis actis eadem Die, ut ex Sub-
scriptione patet, alias ab Abbate et utroque
Scholastico Subscriptas et Sigillo triplici
munitas Compulsoriales Subscriptus ibidem
Notarius Joannes Christianus Damen die
7ma Febr., quantum ex inscriptione Rubricæ
colligitur, Dmo Archi Episcopali Vicariatui
exhibet, Stante autem harum Scripturarum
fide credi non debet, nec præsumi potest, ad
emissas jam 3tia vice Compulsoriales dicta
Instantiæ prioris acta fuisse, cùm nullum
Dmi Vicariatûs Protocollum editioni hanc
fidem faciat. Hæc dum Dnum Vicariatum
inter et Abbatem primùm quidem Solum
prætensorum dein Conjudicum operâ et Studio
suffulciam nullo effectu gerebantur, victrix
in prima Instantia communitas nostra
quam hoc negotium habere non poterat, re-
spectu

respectu præfensæ Commissionis non aliter se se, nisi
merè passivè habere potuit, habuitque; nec enim
quemquam delegatorum veluti non agnitorum à
Dmo Vicariatu quà Judice ordinario Judicium
Superiorum agnoscere tenebatur, nec nisi in Con-
„tentum Dmi Consistorii agnoscere poterat, nec
præviâ etiam citatione supposità, de qua, an et
quandò, et per quem decreta aut Communitati nostræ
insinuata fuerit, nihil constat, Procuratorum
quemquam ad audiendam publicationem Descripti
Commissorii, quod justa

L. 3. Cod. de diversis Descriptis

in authenticis ipsis atque originalibus Literis
non in exemplo, ut factum est, Dmo Vicariatui
insinuari oportebat, multò minùs ad agendum
vorum præfensa Commissione Mandato, quod juxta
citatum jam

Cap. 26. de Procuratoribus.

legaliter factum esse oportuerat, instruxit; Cele-
„rium duo illi Scholastici, sicut à requirendis alle-
„riis actis, ita ab omni temerariâ illegalem sine
actis Sententiam contra insolitum Judiciorum
gradûs appellatorii ordinem concipiendi licen-
tiâ se se consultò abstinuerunt, ne
mini se negotio
violenter ingerentes debitam Dmo Archi Episcopa-
li Vicariatui reverentiam violare viderentur
personæ Dmo Vicariatui inferiorès, extra ju-
dicialesque et superioris in illum Jurisdictionis

inca-

incapaces, incapacitate resultante ex defectu juramenti solennis, quo Judicem de jure communi nulla in contrarium consuetudine canonica, quo ad hoc corrects aut immutato ad causas juris

Cap: 1. de Sent. et re jud: in 6.

justè decidendas irremissibiliter obstrictum esse oportet; Abbas Regularis nihilominùs non curato, nec in pretensis tribus delegatis, nec in se uno agniti Judicis Superioris incompetentia causæ sibi non submisse Decisionem facere attentavit per obtrusam ex adverso Sententiam, quam die Veneris 26ta Novembris A. 1766. coram falsis Procuratoribus nullibi publicatam malâ fide laborare communitas nostra justissimè conqueritur, quia Judex pretensus visa sibi acta et actitata falsò pretendens ausus est decernere à Judice prioris Instantiæ malè judicatum, benè appellatum, et ideò Sententiam prioris Instantiæ eò reformandam esse etc.

Quæ enim vidit Acta et actitata Judex pretensus? an acta prima Instantiæ? at horum editio bis negata nec ad emissas tertiâ vice Commissoriales facta creditur nec dari potest ex ullo Archivio Vicariatus Protocollo aut Liberis reversalibus de horum editione Archi-Pretali Vicariatui per Abbatem redditis aut ab eodem illustri Judicio receptis ad fidem faciendam necessariò facta eorundem restitutionis

restitutioni, cum anteriora prima Instantiæ acta
penes Dmum Vicarialem semper hactenus remanserint, et Apostolicæ Commissioni de ao 1749. primum extradita sed restituta quoque fuerint.
Ejusmodi autem reversalium fides publica, sicut pretensi cognitoris morte perire non debuisset, ita nec periisse præsumitur.
Quæ illa demum, quæ in pretensa Sententia Abbatis visa, pretenduntur, attitata erunt? an acta Partium, quæ vorum pretenso Judice cum ventilata Scriptor adversus vel insolenti audacia vel vana fiducia toties crepat, nec in rerum natura, in quam prodiisse nondum visa sunt, reperire quis poterit. Protrahantur gesta illa è publicis monumentis, in qua, ut legalem fidei judicialis firmitatem haberent, juxta
L. 6. Cod. de re judicata.
translata esse oporteret.
Hactenus expositis non vultorum ad pretensam Instantiam appellatoriam prima Instantiæ actorum veritati fidem plenam faciet solenne testimonium à Successore Abbatis pretensi Judicis Dmo D. Abbate Francisco Die 30ma 7bris A. 1749. in forma authentica editum et ad apostolicum Dum Commissarium acta pretensæ Commissionis requirentem cum adjacentibus illi post diligentem inquisitionem inventis

Trans-

transmissum; Cujus quoque dilationis vim adversa pars tam prolixo fatalem processui tamque gravem sensit, ut, cùm R. J. D. officialem Faulhaber p. m. hanc causam ex actis antecedentibus completis ad eam pertinentibus recognituros Acta Commissionis Abbatialis requireret, sibique, ex hac parte propositas damnatæ sententiæ nullitates, Parte adversâ in respondendo jam contumaci, eâ, qua par erat, attentione discussuros spe intelligeretur, Studiosè neglectis omnibus ad respondendum terminis in contumacia persistens Judicem Apostolicum trans Alpes primùm perhorruerit, voramque quo tamen ad previam Citationem ab actuario Commissionis expedilam, et à Cursore Jmi Vicariatus Casparo Keller Die 17mâ 7bris A. 1719. ritè insinuatam, per Deputatum à se D. Canonicum de Fehringer Die 18tiâ dicti mensis comparuit, et Apostolicam Judicis delegati excipiendo non recusati auctoritatem prius agnovit.

21. 1tus Defectus est ille solennitatis in publicando neglectus, Liquidem juxta

Cap: 5. de Sent. et re jud. in 6.

Sententia definitiva p: postquam scripta fuerit: debet à Judice, non ab alio, describi recitari

recitatione proferri, aliàs nec nomen Sententiæ me-
„retur habere: nec ab ea appellare necesse.

At inspecta pretensæ Sententiæ formulâ mani-
„festò apparet, eam coram pretensis ibidem Pro-
„curatoribus in Monte S. Jacobi publicatam esse
præsente Illmo Duo Prælato ibidem Commis-
„sario et Judice apostolico, testem itaque publi-
„cationis pretensæ egit, nec Judicis implevit officium,
Sententiam scius, ac de jure parebat, publicari
faciendo, ineptissimè enim dicretur Sententiam
in sua sui ipsius præsentia publicâsse, quam
stante hypothesi publicationis à Judice per se
ipsum facta ab esse etiam de potentia Dei abso-
„luta absolutè et simpliciter repugnat.

Quæ invalida Sententiam antica nonicè publi-
„candi ratio amplius suadetur ac confirmatur
ex eo, quòd nomen suum, utpote in ipsa Sen-
„tentiæ formula non expressum, non subscrip-
„serit, nomen enim Dignitatis non est nomen
personæ, quæ vices Judicis sustinuit.

Nec sufficit nomen pretensi Judicis post De-
„cretum adjecto Extractui pretensi Protocolli
Commissarii subjectum vonspicui subscriptum,
indecoro enim hocacta Actuarii ad Protocollis-
„ta potiùs Defectum supplere voluisse vide-
tur, nec se Judicem gessisse intelligitur, Judicem
verò

verò et actuarii personam publicam tam in ordi-
„nario Judicio, quàm extraordinario Le mper
adhibendam ex Statuto C. Lateranensis distinctas
omninò personas esse debere, per Le pale.

Heliveren proseitò d. processus et publicationis
Canonicæ formam servavit Judex Apostolicus
de dò 1749., cujus Sententia cum illa ex adver-
Nro 1 „so producta conferatur hic sub Nro 1mo Summarij.
22. Neglecto autem intra fatalia introductionis
appellationis à prætenso communitatis Pro-
„curatore, qui Mandato legaliter facto ad hanc
causam instructus non erat, falsò (vel certè pullater) interpositæ
opponimus non bellum Religionis Germanicæ
nostræ priori sæculo per Sueços illatum, quem
præcipitem Scriptoris cujusvis errorem deficientis
in illo illegalis per Abbatem processûs natalitii
tribuimus, sed aliud fundamentum ex singulis
hactenùs et jam d. 1749. coram Judice Apo-
„stolico et antè propositis processûs Abba-
„tialis nullitatibus optimo Jure substituimus,
„nimirùm nullam fuisse necessitatem, à Pro-
„curatore non legitimato nullâ ter et falsò in-
terpositam, et ideò cum non introductam
appellationem à Sententia ipso jure nulla
prosequendi, siquidem juxta

Regulam juris 9nam in 6.

„Malum quis habere non potest, quod ipsius
„nomine non est gestum. Validissimè autem
et invidè ex adverso proponitur, appellationem

à Regulam

illegalem, uti deducitur Judex edilitius, non juratus, non agnitus prætenditur, elapso sex mensium spatio pro introducenda prælixorum ejusdem causa injustitiam agnovisset Communitas, quæ potius omnia à Judice non agnito, et non visis instantiæ prioris actis contra solitum judiciorum ordinem procedere attentante gesta ipso Jure subsistere non posse, nullam proinde appellandi necessitatem urgere intellexit, quæ plenissimè evincitur ex verbis:

Cap: 1. de sent. et re jud.

Sententia contra LL. Canonicas prolata, licèt non sit appellatione suspensa, non potest tamen subsistere ipso Jure.

Huic decisioni Canonicæ suffragatur

L. 4. Cod. de Sententiis et interlocutionibus omnium Judicum

" Prolatam à Præside sententiam contra solitum judiciorum ordinem, auctoritatem rei judicatæ non obtinere rectum est, et eleam ex verbis finalibus.

L. 5. Cod. quando provocare non est necesse

" Dubium non est, id, quod contra jus gestum " videtur, firmitatem non habere, et sine appellatione posse rescindi.

Idem statuitur in

ff. S. C. T. P. Quæ sententia sine appellatione

" appellatione rescindatur,
Cum contra Sacras Constitutiones judicatur
appellationis necessitas remittatur.

23. Cum igitur pretensam Judicis nec agnoscibilis,
nec agniti Sententiam contra Leges Canonesque
ut ostensum est, contra Solitum judiciorum
ordinem, contra jus, contra Sacras Constitutiones
latam fuisse, exploratissima jam sit veritas,
nec pariò consequitur, illam nullâ licèt ap-
" pellatione suspensam, ipso tamen jure subsis-
" tere non posse, verum est, illam rei judicatæ au-
" thoritatem non obtinere, Nec dubium non est,
eam sine appellatione rescindi, et hujus neces-
" sitatem remitti, frustra itaque et inutiliter
ex adverso opponitur exceptio rei judicatæ,
ad impediendum novæ litis ingressum, nec ju-
" stissimæ causæ nostræ quidquam præjudicii
aut damni damnatus præscriptionis illegalis
prætextus inferre unquam potest. Nè enim ex
L. 3. Cod. Sententiam rescindi non posse.
aliter permissum est, litigatorum quempiam
limine judiciorum excedi, nisi illum decisæ semel
causæ fuerint judiciali Sententiâ, quam pro-
" vocatio nulla suspendit.

Præsens verò Sententia judicialis prætendi
nequit, quam non agnitus à Dno Vicario tu-
quà Judice ordinario acta priorib⁹ Sententiis
Pri=

triplicatis frustra compulsorialibus requisita non
edente, nec vel ideò à Communitate nostra agnitus,
nec nisi in contemtum Dni Judicis ordinarii
agnoscibilis Judex prætensæ Superior Abbas fuit,
non servata Judicii appellatorii forma, neglecta
constitutione C. Laterancnsis, non observatis ju-
rium solennitatibus, sine actis Instantiæ prioris
agens, quibus non visis, cùm in facto suppleri
nequiverit, ab adversario aperiam num. 4. plena-
riam causæ cognitionem /: Sit tamen ita loqui
fas est :/ subripere non potuit. Præscriptio sanè
est effectus Juris ex hypothesi legitimæ, ad æqui-
tatem Legum et rigorem Juris exactæ cognitio-
nis Judiciariæ revocatus, quam cùm in proces-
su prætenso frustrà inquiri et penitùs defici manı-
festò cognoscatur, Præscriptioni nullus jam
locus esse potest, si etiam arbitraria appellatio-
nis à Procuratore communitatis in Sententia,
quæ Documenti tamen authentici fidem judicialem
nunquam obtinere potest, prætenso interpositæ,
et ùt prætenditur, desertæ hypothesis ex ima-
ginaria Mandati legaliter facti ad Syndicatus
productionem subsisteret, quod à periculosissimè even-
cilur ex verbis clarissimis

L. fg. D. de appellationibus

Si expressim Sententia contra Juris rigorem
data fuerit, valere non debet, sed ideò et sine
appel

appellatione causa denuò induci potest. Non
jure proferetur Sententia, si specialiter contra
Leges vel Senatus Consultum, vel Constitutionem
fuerit prolata. Unde, si quis ex hac Sententia ap-
pellaverit, et proscriptione sum motus fuit: quod
tamen hic negatur: minimè confirmatur ex hac
prescriptione Sententia, unde potest causa
ab initio agitari.

24. Atque hoc fundamento institutus est circa A.
1730. remissus ad Prum ordinarium ejusque
archi Episcopalem Vicariatum generalem, qui
Abbati Regulari personæ extrajudiciali, judici
editicio, non jurato, non agnito, sine actis pro-
mo fundantis contra stilum judiciorum
ordinem de causa non submissa cognoscere re-
quenti inferior prælendi nequit, occasionem
dedit necessaria in ruinas interea inclinati Chori
reparatio, pro qua secundùm receptam in
Diœcesi Moguntina consuetudinem à Decima-
tore universali insigni Capitulo S. Petri
maturrimè faciendæ Communitas nostra Se-
renissimo ac Eminentissimo Principi preces
humillimas obtulit, quibus præsentissimum
à ruinis thori magis magisque sensim deperi-
mendis imminens operantibus rei divinæ
ad aram Sacerdotibus periculum exposuit.

Quibus precibus cum inscripto Serenissimi
Decreto

Decreto clementissimo diè 31ma Maji d. A. 1730. ad Dmum Vicariatum remissis ac ibidem lectis editum est Legens Decretum:

Conclusum: Communicetur Collegiatæ S. Petri hìi ad responsum intra octo Dies hac de re dandum cum restitutione hujus.

nimirum Supplica.

Quam Die 17ma Junii primùm restituens Procurator Buchholtz loco Procuratoris Pecz exceptionem rei judicatæ exhibebat, quam sibi communicatam Communitas nostra quoque ad acta judicialia restituit, Superveniente autem arresto Decimarum eò usque delinendarum, donec Serius ad Chorum reparandum apparatus re ipsa factus fuerit, tandem pars adversa A. 1733. loco Protocollo Dmi Vicariatûs ad diem 15tam Martij per Procuratorem Pecz ad præstandam Chori reparationem Se Se declaravit, quâ dicto anno præstitâ, ut inscriptio Tholi testatur, novum Litis instaurato punctum evanuit, altero quoad instaurativnem Domûs Parochialis inter continua litigia velitaria quasi suspenso, donec pars utráque A. 1737. die 17ma Decembris à Dmo Vicariatu dimissa ad Curiam Romanam veluti forum competens remitteretur, à quo Decreto Partium Procuratores Pecz et Zaunschliefer Procuratori Rudolphi Sub=

Substitutus ad Curiam Romanam appellârunt
Acta cum Apostolis reverentialibus nec non
copiam Decreti in forma probante requirent
variis interim motibus hac causa Domûs Ca
vrochialis, testibus variorum annorum Protocol
consistorialibus, agitata est, donec A. 1749. D
8va Julii Romæ impetratum officialem Moguntinum
Breve Apostolicum Dmo Vicariatûs presen-
tarelur, quod Descriptum Sine mentione rei
judicatæ per Abbatem Sub Banco impetra-
tum adversarius Nro 9. pessimâ fide imi-
natur, et à parte Sua vocam Signaturæ
Justitiæ: contra ingenuam veritatem: An.
1753. deductum jam fuisse n. 44. ingenuè
fatetur, quòd Breve ad Dnum officialem
Faulhaberi directum, nonnisi Sub- dolosè
ticè Sine mentione rei judicatæ Communica
nostra Sub banco impetraverit, ad effectum
restitutionis contra præditam rem judicatam

25. Qua insolentissima fingendi Licentiâ
nihil impudentius exspectari poterat.
Hæc autem planè enormis ab omni, qua
in agendo semper observanda est, sinceritat
alienissima falsitas ex ipso Brevi Apo-
stolico luculentissimè perspicitur in verbis

A Sententia definitiva seu Decreto Def
nitivo per dilectum etiam filium Abbat
Sanct

Sancti Jacobi in Civitate Moguntina Judicem
Apostolicâ auctoritate delegatum contra dictos
Supplicantes, et ad favorem dilectorum filiorum
Decani Capituli et Canonicorum Secularis,
et Collegiatæ Ecclesiæ ad Sanctum Petrum
dictæ Civitatis adversariorum de et super
ædificatione Domus Parochialis prædicti loci
Inferioris Wallusii latius in Actis Specifi-
„catis rebusque aliis in actis causæ et cau-
„sarum hujusmodi latius deductis et alterius
Sententiæ in prima Instantia à Vicariatu
Moguntino ad favorem dictorum Supplí-
„cantium promulgatæ revocatoriæ in Secunda
Instantia latæ seu latæ ac nullitatis ex
omnibus iniquitatis et injustitiæ attentato-
„rum et innovatorum quorumcunque, nec non
restitutionis in integrum, prout de Jure
adversùs quæcunque præjudicialia etc.
Fid. dictum Breve actis commissorialibus
de A. 1749. in originali adjectum.
Cujus Die 15ta 7bris e.a. publicati Co-
„piam Deputatus Capituli D. D. Canonicus
Capitularis de Vehringer sibi concedi
petivit et accepit, postquam in Scriptura
ab Actuario Commissionis expedita et
Sigillo Amí Vicariatûs munita per
Cur=

Cursorem illius Casparum Keller ritè
insinuata ad Partem adversam emissa fuis
"set citatio ad audiendum publicari dic supra
dicta Commissorium, quam quidem Citationem
ad se directam fuisse ad agnoscendam Commis
"sionem apostolicam Capitulum in Exhibi
torum Signatura Justitiæ Scripturis mala
fide negavit, quod tamen per Deputatum à
se D. Canonicum Capitularem de Vehring
certè nonnisi prævia Citatione coram
Commissario apostolico comparuit, sicut
enim prædictus D. Canonicus Capitularis
in re Capitulum, non se unum privatim concer
"nente coram Commissione comparendi nullâ
necessitate tenebatur, ita nonnisi ex Deputatione
Capituli sui comparuisse intelligitur, quod
insinuatâ Citatione jam pridie convocatum
fuisse aut convenisse certò necesum erat, à Depu
"tato illius autem in re tanti momenti ob bre
vem nimis terminum, ut asserebat, convocari
non potuisse frustra prætendebatur. Pub
licato itaque Brevi Apostolico talium est Se
"quens Decretum:

"Conceditur Insigni Collegiatæ ad Petrum
Petrum Copia Commissorii Apostolici
cum petito Termino vulgo Dierum
ad se declarandum

Sec

Sed lapso hoc Termino, nec edità Declaratione, ad inferendam Exceptionem pro Secundo tertioque Termino peremptorio Parti adversæ Spatium quindenæ præfigebatur in Decreto Die 16ta Octobris ritè insinuato. Hoc demum quindeno Spatio veluti Termino peremptorio pariter evoluto cùm Pars adversa omninò jam contumax non respondisset, Procurator Artis nomine Communitatis contra Contumaciam implorat et producto insimul Syndicatu in Contumaciam pronunciari petit;

Causa itaque post Lapsum Terminì peremptorii et Contumacialis ad ferendam Sententiam sufficienter instructa Judex Apostolicus nec legitimè recusatus, nec recusabilis processit juxta illam A. 1729. à Serenissimo Francisco Ludovico emissam et A. 1737. ex Mandato Eminentissimi Archiepiscopi et Clementissimi Principis Electoris Philippi Caroli iteratò editam ordinationem, ujus posteriorris

Tit: XI. de Libell et Term. §. 7.

cautum est, ut plures quàm tres termini nunquam dentur, cùm questio est de exhibenda

exhibenda Exceptione, Replica, Duplica

Sicque ritè servato Processuum ordine, neque
contemtim neglectis constitutionibus aut so-
lennitatibus Judiciorum contra Partem
adversam, quæ ad totam causam legitimè
ac ritè citata ad agnoscendam Commissionem
in assignato Termino ex prescripto

Cap: 6. De dolo et Contumacia

Die jstia Joris comparuerat, in Declara-
tione verò vi Decreti intra octiduum eden-
da perinde ac in respondendo contumacem
Die 20: Aprilis lata est Sententia Definitiva
ac quam audiendam Partem adversam omnes
Terminos contemtim negligentem, nec legiti-
mas recusationis aut legalis appellationis
causas afferentem citare Commissarius
Apostolicus non tenebatur, prout clarissimè
intelligitur ex

Cap: 7. de dolo et contumacia in 6.

ubi Bonifacius VIII. processum Judicis
ideò, quod in Partis contumacis absentia
processerit, minùs validum repulari non
debere Declaravit. Et meritò: Si enim
juxtà Summarium

Cap: 9. de Presumtionibus.

Pa

Ex præteritis præsumitur circa futura, Partem adversam Jum in edenda declaratione Jum in respondendo post plures Terminos contumacem vel etiam ad Sententiam audiendam compārere contumaciter detrectaturam esse Jundata in facto præterito suadebat præsumptio.

Atque hanc ab Apostolico Judice servatam contra Partis adversæ contumaciam procedendi rationem firmat praxis Cameræ Imperialis, in qua, testibus

Gail. Lib. 1. Observ. 53. Num. 10. et
Mynsinger. Cent. 4. observ. 33.

Generalis plerumque Citatio ad totam causam fieri consuevit.

26. Ex quibus juxta Fidem Protocolli Commissorii de a. 1749. hactenùs ingenuè relatis non satis mirari nedum capere licet insolentem adversarii criminationem, quo verisimilitudinis fucato indicio ad Numeros 9. 35. & 43. suadere velit, aut quâ sinceritate à Parte adversa coram Signatura Justitiæ, ùt Nro 44. Exceptionum adversarum ingenuâ confessione narratur, a. 1753. prætendi potuerit, Communitatem nostram sub-et obreptitium Breve appellationis directum in officialem Moguntinum

D. Faulhaber sine mentione rei per Abbatem judicatæ sub Banco Romæ expiscatam fuisse, illumque Judicem, silendo rem judicatam per sub et obreptionem ex pretenso impetratum, à Parte adversa tunc Salim recusatum adeóque nunquam agnitum, ab ipsa S. Sede per Brevel avocatorium, quod die 12 da. Xbris Romæ expeditum lata jam Die 20ma mensis ejusdem Sententia post intervallum aliquot Dierum seriùs huc pervenit, revocatum non obstante appellatione p: injustificabili; et revocatione S. Sedis p: quèm enormis falsitas! tumultuariè, attentativè, via facti, Parte adversa ne quidem comparente, multò minùs causa cognita adeóque nulliter omnino processisse tam defectu Jurisdictionis quàm Cognitionis causæ

21. Quàm aliena à sincero agendi Studio gravaminum fictio! ad evertendam Commissionis hujus apostolicæ auctoritatem violenter adhibetur? Nam

Imò malâ fide pretenso rei judicatæ silentio refragatur ipse Senor clarissimus Brevis Apostolici, cujus Copiam petitam

Deput

Deputatus Capitali J. D. Canonicus Capitula-
„ris De Vehringer teste Protocollo Commis-
„sorio ad Diem 13ᵗᵉᵐ 7bris 1749., accepit
um Decreto, ad Declarationem intra oditiuum
edendam à Capitulo.

2ᵈò Illa, ex pretenso, tunc statim interposi-
„ta recusatio doceri neguit multò minùs legi-
„tima reputari potest.

3ᵗiò pretensa Appellatio justificari neguit: post
quam enim Partes ad totam Causam ritè citatæ
in termino ad comparendum assignato Se nel
comparuerunt, nec Judicem datum legitimè re-
„cusarunt, neutri partium appellare licet, nisi
à Decreto ita gravante ut resultans ex eo præ-
„judicium et Damnum irreparabile non aliter
nisi appellando præverti aut caveri possit,
quale hìc nullum Scitur editum aut fundato
ingenuæ veritatis obtentu proferri potest.

4ᵗò Pretensa revocatio S. Sedis ritè et adhibi-
„tis quibusvis Judiciorum Solennitatibus pro-
„vidè instituto per Commissarium Apostolicum
processui nihil potest præjudicii accersere,
nam 1ᵐò post factam Die 23ᵗiᵃ 8bris præ-
„sentationem Rescripti re- et avocatorii non
amplius processum est hac in Causa, quæ per-

calam

latam Die 20ma mensis dicti Sententiam ter-
minata jam fuerat.

2do Rescriptum illud revocatorium à parte adversa falsis precibus elicitum est, suggestâ falsitate primò, Rescriptum à Communitate nostra, Lite do rem judicatam, Subrepticiè impetratum fuisse, dolosè autem Suppressâ vel malitiosè negatâ veritate, Citationem ad hanc Causam à Judice competente emanasse, et ad partem adversam pervenisse, ritè insinuatam et in Citatione expressum fuisse, super quibus citata pars adversa (in) Judicio non venirctur, et, quod plus est, post insinuatam Citationem per Deputatum in Termino prestitam fuisse Comparitionem ad hanc Causam.

Ex quibus hîc simul concurrentibus circumstantiis, nisi dolosè reticita fuissent aut negata, juxtà

Cap: 2. ut lite pendente nihil innovetur in Clementinis.

Litem pendere constitisset ac reputatur Vid. Mynsinger, Cent. 4. obs. 26. Num. 2.

Unde si etiam causa per Sententiam ex Suppositâ falsitatis nondum totam terminata non

non fuisset, tum ob expressam sibi in impetrando priori rescripto sub- et obreptionis falsitatem contra tenorem Brevis Apostolici à Communitate nostra obtenti, cujus Copia Parti adversæ ad Instantiam Deputati Capitularis tunc ea et ab Actuario Commissionis in forma probante expedita fuerat, tum quoque ob suppressam citationis legitimè emissæ, sibi ritè insinuatæ aut negatam postea præstito Comparitionis veritatem Pars adversa juxta

Cap: XX. De Descriptis.

in pœnam Doli aut perversitatis nullum ex illis litteris revocatoriis commodum consequi debuerat.

5tò Pretensus ex adverso tum actuarius aut attentativus Commissarii apostolici processus nullo facto doceri, nullum attentati vestigium deprehendi potest, neque hactenùs ostensum est, ergò frivola est Criminatio. Non enim simplex allegatio sufficit, ubi probatio deficit.

6tò. Nec defecit sufficiens causæ cognitio, utpote quæ tum ex Actis primæ Instantiæ ab A. 1699. usque ad a. 1703. adeóque per quatuor annos inter partes ventilatis et Judicii apostolici extraditis, quibus non visis, secundæ

Secunda Instantiæ Judex pretensus judicare pro-
„sumpsit, tum etiam ex accumulatis denuò in-
„ductæ circa A. 1730. et per plures annos con-
„tinuos jam languidiùs jam vivaciùs agi-
„tatæ causæ Actis Laberi uberrima potuit, nec
enim pro fundanda inanis litigii sui vani-
„tate novi quid Pars adversa jam produxit,
unde necessariò consequitur, partem adversam,
si etiam non contumax cum responderit, non-
„nisi melos antiquum repetituram fuisse. Stan-
„tibus autem hisce processûs à Judice Apo-
„stolico servati veritatibus definitivam illius
sententiam in linea judiciali considerari
omninò debere probatur, quidquid de illa Ju-
„dicii tulerit Scriptor externus vel exacta
præditi processûs notitiâ carens, vel pro-
„ductis in Signatura justitiæ fallacibus
adversæ Partis deductionibus facilè le-
„ductus. Neque circumscriptio Adversum
eorum prædicto Domino Officiali Fraulhaber
processum reddit frustratorium, cùm illa
notoriè falsis precibus effecta sit, neque
illa in directo Rmo Dignitati vestræ Brevi
Apostolico obvia clausula: sine præjudicio
rei judicatæ Litis Sententiæ Abbatialis

præ-

præscriptionem, quam, si locum habens currere coe-
„pisset, circa A. 1730. noviter instauratæ Litis
motus per tot annos continuus, jam dudum inter-
„rupisset, sublevare potest; Clausulam enim illa
supponit Sententiam Abbatis in pretensa In-
„stantia appellatoria, in qua nihil de Citatione,
nihil de Litis contestatione, aliisque ad refe-
„rendam Judicii Superioris formam requisitis,
nihil de Submissione causæ constat, justa
morem indicum ex Actis prioris Instantiæ
talem fuisse, servatis Constitutionibus et
Judiciorum solennitatibus, de quibus juxta
Cap: 9. de Judiciis.

Judices ex officio providere debent, quibus re-
„quisitis omnibus omninò deficientibus, iùm
dicta Sententia tot nullitatibus laborans præ-
„scriptionis effectum consequi non possit, Clau-
„sula illa nihil operatur.

Nullius porrò momenti sunt, quæ ad n. ii. pro-
„ponuntur, nimirùm Italos quosdam et Romanos
etiam Juris Consultos, imò Tribunalia ad-
„versùs rem judicatam, imò adversùs tres con-
„formes, etiam post longissima tempora,
restitutionem in integrum concedere cum
manifesta violatione publicarum Ecclesiæ

et

et reipublicæ Legum et apud illos rem j. secundùm
Leges Canones vel quod supponi debet Judicatam modicæ existima-
tionis esse, trans alpes adversarius proponat,
ubi si ea, qua teste

Mynsingero Cent. 1. Observ. 24. et 25.

in Camera Imperiali obtinet, ratio obtineat,
exemplum hujus Tribunalis Germanici oppone
poterit, in quo Exceptio trium Sententiarum
conformium non attendibur, consequenter
adversùs tres etiam conformes restitutio
in integrum sine scrupulo, si ex parte visti
seu potiùs oppressi merita causæ potiora illis
adversa fuisse ac prævalere, noscatur.

28. Quantò jam certiùs verò Communitati no-
"stræ competet beneficium restitutionis in
integrum adversùs unam Judicis edilitii non
jurati, non agniti Sententiam, jure ipso
nullam, à qua appellare necesse non est,
et appellationis necessitas remittitur, quæ
sine appellatione rescindi potest, ac vel ideò
nunquam in rem judicatam prolapsura,
multò minùs, ut l. n. 34. per Stupendam
ex adverso hyperbolen exprimitur, ante
Sesqui Seculum prolapsa intelligitur, quod
quidem constare adversarius ibi negatoriè
asserit, nemini tamen, qui calcitratis etiam

in-

Interprete indigeret, persuadebitur Sententiam pro-
tensi Judicis in Lumbis Patrum Reorum, ad
quos transivit, ante Sesqui Seculum existentis,
et in rerum naturam tum certò non editi de
Lite nondum exorta, et jam primùm per Sexagin-
ta Sex annos agitata ante Sesqui Seculum vim
Judicati habuisse, quæ, ùm contra Jus Consti-
tutionis expressè lata fuerit, juxta Declara-
tionem

Cap: 23. de Sent. De re jud.

vice versâ, in rem judicatam transire nullatenus
potest, aut potuit vano Somniato præscriptio-
nis obtentu, dum Judicia stabunt. nunquam
communienda. Quæ falsò jactata rei judicatæ
auctoritas, si ex ostensis nullitatibus non cor-
ruerit, per instauratam à'o 1730. causæ indu-
ctionem coram Dmo Vicariatu et directam Parti
adversam Citationem ad comparendum super
hac Causa, per novam Litis ibidem contestatio-
nem, per novam novilem muetumque agitatæ
causæ submissionem testibus Protocollis a.
1732. penitùs infirmata, ac fictitia præ-
scriptio, si re verâ currere cœpisset, his actibus
interrupta prorsus dubio dudum evanuisset.

29. Quantum verò materialia causæ adversæ con-

concernit, illa omninò examinari adhuc oportet, eoquod pretensa Abbatis regularis Sententia ut pote contra Solitum judiciorum ordinem lata pro judiciali reputari neutiquam valeat, et in Casu presenti ostensarum tot nullitatum illius Sententiæ, si tamen hoc nomine illam appellare fas est, nihil operatur, illa n. ib. Exceptionum adversarum inserta protestatio, de non intromittenda Parte adversa in examen quæstionis super puncto prætensæ libertatis ab onere ædificandi domum Parochialem in Nieder Wallj. Hæc enim Quæstio cùm ab Abbate sine Actis prima Instantiæ illi denegatis examinari nequiverit, multò minùs decidi potuerit, nunc examinanda venit ac decidenda, ex cujus examine jactata Decimarum Lindavienſium ab omni Ecclesiasticæ Servitutis onere immunitas ac Libertas plenaria pendet, intelligitur ac declaratur. Alioquin operosus Leggi anni labor in deducenda immunitate illa malè et inutiliter collocatus ex adverso fuisset! Exceptionum adversarum n. ib. narratur Ecclesiam in Eltrid sive Altavillanam cum Decimis ad eam pertinentibus in Dotem adversæ Ecclesiæ Collegiatæ

90

Ira-

traditam esse, et in rem producitur Diploma confirmatorium Donationis Decimarum à Trethurico p. aliàs Friderico Archi Episcopo circa A. 948 facta ex originali negligentiæ et vetustatis caries consumpto per Sigefridum Successorem circa A. 1069. recognito restitutum.

31. Ex hoc Instrumento in paraphrasin quasi deducto adversarius dicit, non deduxit patere imò unam solam in tota vicinia tunc fuisse Parochiam in Eltvill, unum solum oppidi Eltvill et Locorum, ibi nominatorum fuisse Parochum, quippe qui ueni soli de congrua provisum fuerit sustentatione, ac si in vicinis Wachusio, Steinheim, Hetercho, Everbach, Hatterheim Parochi fuissent, de illorum sustentatione pariter cogitatum fuisse.

Verùm quoad pretensam unius et solius in tota vicinia Parochiæ in Eltvill existentiam, quam non probatam hìc transmittimus, negatur suppositum, quod Ecclesia S. Joannis Baptistæ in oppidum Nieder-Wallus, quòd variato circa Rulum XV. Situ antiquo nunc in ditione Moguntina con-

spi-

conspicitur, A. 1577. primùm translata ad viciniam illam Jurisdictionis Moguntinæ temporalis pertinuerit, ùm ex Articulo 5to Equitum de Lindau in Summario adverso Sub Num: IV. antiqua /: talis jam tunc erat :/ Ecclesia Parochialis ad S. Joannem dicta in Districtu et territorio Judicii Lindavensis non intra Fines Rhenogaviæ subsiterit, et in eadem nunc Illustrissimorum S. R. I. Comitum De Leyen in Subfeudo Hassorico Successorum ditione ad hanc ætatem usque sita conspiciatur.

Ex eo autem, quod uni soli Parocho in Elt-
ville à Fundatore Archi Episcopo Trevhu-
"rico de congrua sustentatione provisum
fuerit, assignando de nominatis in illo
Instrumento quinque viculis unum, Hatten-
"heim scilicèt cum omni Jure attinencium
illi Decimarum non sequitur unum solum,
qui in Eltvill fuit, cæterorum quoque
locorum fuisse Parochum, quod ex se-
"quentibus declaratur sequelis, quæ cap-
"tiosæ, quam Scriptor adversùs tenet,
argutandi methodo strictè inhærendo
ex illis Literis eruerentur nempè Imò

32. Imò in illo Fundationis Instrumento Ecclesiæ Collegiatæ Fundator Fridericus Archi Episcopus Moguntinus in Dotem Parochiæ et Sustentationem congruam, Parochi Altavillani tradidit Decimas in Hatberheim, vel quod idem, in Hattenheim, cæteras in reliquis quatuor viculis sine Exceptione ad usus fratrum Ecclesiæ Sti Petri libere /: sine onere :/ contradidit, ergò Ecclesia Collegiata non tenetur exstruere, restituere reparare, reficere Ecclesiam et Domum Parochialem in Eltvill, seu quod idem est, in illo Instrumento uni soli Capitulo et Parocho in Eltvill de congruâ videtur Sustentatione, ergò non Ecclesiæ et Domui parochiali altavillanæ, ac si hæc Fabricæ in Instrumento comprehensæ fuissent, de illarum Sustentatione pariter cogitatum fuisset. Quam sequelam incongruam ex retorso adversarii Sophismate legitimè illatam sicut Parochus Altavillanus Capituli membrum excitato Instrumento cui non agnoscet ac semper agnitos à Capitulo suo obligationi, Ecclesiam et Domum Parochialem in Eltvill, casu existente, exstruendi, reparandi reficiendi in facto adversarius opponet.

Et ò

II.do Archiepiscopus Fridericus in dicto
Instrumento concessit tam ipsi Geroldo Ec-
"clesiæ S.ti Petri primo Præposito quàm
ejus hac in Dignitate Successoribus potestatem
liberam pro arbitrio Suo constituendi seu or-
"dinandi Sacerdotem in Ipsa dicta Ecclesia Elte-
=vile, patet autem unum Solum Geroldum
tunc fuisse Præpositum, nec per nomen
Præpositi et Succedentium illi Capitulum
posse intelligi, huic enim uni Soli conceditur
potestas libera pro arbitrio Suo ordinandi
Sacerdotem seu jus presentandi Parochum
in Eltvill, ac Ligua potestas vel jus con-
"stituendi et præsentandi Parochum Capitulo
concessa fuisset, de competentia hujus po-
"testatis et juris ordinandi et præsentandi
Parochum pariter cogitatum fuisset ex-
"presso Capituli nomine, Ed Insigne Ca-
"pitulum Sequalem ejusmodi ex illo Diplo-
"mate legitimè Deduci non agnoscet ad ad
definitivam ventilatæ coram Gerlaco
litis Decisionem provocabit.

III.tiò Ex Diplomate Sigefridano patet
Frethuricum Archiepiscopum uni
Soli Ecclesiæ Collegiatæ concessisse pote-
"tatem Liberam pro arbitrio Suo ordinandi
Sacerdotem in Eltvill, non reservata

Sibi

Sibi Suisque Successoribus confirmatione Parochi praesentati, hanc enim potestatem ordinandi ibidem Sacerdotibus unam Solam exprimit, ac si confirmationem praesentati Sibi Suisque Successoribus reservatam voluisset, de hujus reservatione pariter cogitatum fuisset.

At captiosam hanc inferendi rationem adversariae argutandi formulae penitus confor-
mem Dnum archi Episcopalis Vicariatus damnabit. Praeditus itaque Archi Episcopus Moguntinus determinatam portionem congruam Parocho de Lavillano ex Decimis in Hatterheim assignat, ut, si aucto quondam Parochianorum numero Parochiae onus augeretur, auctis quoque amplioribus Decimarum in fundis Hattenheimii adhuc excolendis obventurarum proventu reddibilibus Parochiae cum Sacellanis ut. pastoralis onus Sublevaturis honeste posset subsistere praesertim cum minime dubium sit plurium locorum in quibus Sacellanos Wiederwallufienses nunquam fuere, ad Parochiam in Eltvill antiquitus pertinuisse, quorum numero posteris aetatibus augescente Parochiae onera indubie augenda esse, praesentim facile

facilè poterat, siccque idem archi Episcopus Colle-
„giatæ S. Petri Ecclesiæ fundator solicitè pra-
„cavere voluisse videtur, ne, si Parochi Alta-
„villani vim potentia relinquerentur indeterminata, ab arbitraria Capituli liberalitate, quæ Communitatis nostræ Parocho gratis omnino et sine ulla probationis umbra objicitur, pendere viderentur. Neuliquam verò exinde consequitur unam designatæ in Literis vicinis Parochiam Parochumque unum in Etrill fuisse, eoquòd huic uni ex Decimis Stattenheimensibus, et, ut videtur, majoribus jam frumentariis et vinariis, quas hodiè notoriè non percepit, ei expressim attributis assignata sit sua portio congrua. Nulla enim necessitas cogitandi de sustentatione alterius ejusdem Parochi, siquis in aliquo dictorum Vicuriorum fuerit, cùm hoc ipso illius Ecclesiam, si ex hypothesi exstiterit, jam dum et ex origine matricem extitisse, et Parochiam paucis vineis aliisque Fundis et Censibus aliunde et jam dudum antè forsan dotatam fuisse necessum foret ac credibile, quibus ex fundis congruam suam talis caperet Parochus, cui congruæ antecedentibus insuper Juribus Stolæ, obla-

oblationibus et piis Fundationibus de ulteriori Sustentatione prospici aut vigilari non erat necessarium. Praedictorum verò quinque Vicariorum Ecclesias non omnes ejusdem qualitatis fuisse et esse, ex facto proprio convincitur Capitulum adversum, quod A. 1726. Domum Parochialem in Erbach et A. 1731. Chorum Ecclesiae ibidem exstruendi obligationem implevit, unde appareret Ecclesiam in Erbach Actavillanae filialem praetendi non potuisse. Neutiquam verò debuit, imò nec potuit vigilari de Sustentatione exteri, latente Adversario Parochi in Niederwalluf, cujus Loci in extranea quondam, et non Moguntino Territorio Siti, invocas alienos et exteros Equitum de Lindau Subditos fuisse infrà ostendemus, unde illos extraneos in territorio Temporali Moguntino Ecclesiae Parochialis Actavillanae Parochianos fuisse inconceptibile est. Cùm autem Subditi Equestres in Nieder Walluf et Neudorf circa initium Seculi XV mutatis Domiciliis ex Equestri Subfeudi Nassovici Ditione in Moguntinam vis Vicum Walluf demigrassent, assignatis ibidem vineisque sibi novis Fundis duplicis ab eo tempore

Fru-

Jurisdictionis prædia excolere cœperunt, ex quorum diversitate Duplicem Decimarum utriusque excrescentium diversitatem probè attendendam esse necessariò intelligitur, hæc enim Duplicis territorii Decimas uno eodemque titulo à Collegiata percipi repugnat, unde pro Systematica Dnæ Dignitatis vestræ in-
„formatione constitutorum intra fines diversæ jurisdictionis prædiorum et excrescen-
„tium in illis Decimarum diversitatem paulùs exponere juvat.

33. „Vallufium inferius Communitatis no-
„stræ oppidum in Litore Rheni nobis ad-
„versò prædia sita inæquali ad utrumque oppidi Latus dimensione extensa satis amœno quidem sed irregulari situ exhibet, imminentibus à tergo collibus viticeris et retrò paulatim assurgentibus in montes editiores silvis glandiferis et caduis à na-
„tura quasi obvallatum, quos montium Ac-
„vorum tractus cum illis Rheno gravia co-
„hærentes Auctor Naturæ contra infestas vitæ aquilonis incursiones provisè objecisse vi-
„detur.

Altavillam versùs, ubi fundus intra Dublium Jurisdictionis Moguntinæ semper fuit, pauca

pamula Communitatis nostræ prædia tricenorum
circiter ad Summum jugerorum ambitu archissi-
mo continentur, ampliora Saxonibus ex altera
parte ad Nassaviam Comitum olim hodiè Prin-
cipum Nassovico Dolleinensium ditionem Termini
ultrà rivum Wallus porriguntur Calisundia,
Duplex quoque in hoc diverso prædiorum Solo
Imperii viguit Jurisdictio: Moguntina Primi-
pium Electorum Rhenogaviam versùs ius Eivum
Waltafe, Waetof, Walthuf, Wallof, Wallauf et
Wallus in antiquis Scripturis variè Dictum,
qui nunc Supra Oppidum Communitatis nos-
træ in Rhenum defluit, terminatur, altera
Equitum de Lindau quondam, hodiè extinc-
torum nunc Illustrissimorum S. R. I. Comi-
tum de Leyen ultrà Dictum Rivum, à quo
nomen Wallufii nostri derivatur, ortum
versùs patet ac ad Schiersteinenses usque
Limites porrigitur. Duplex itaque Territo-
rium diversæ Jurisdictionis Imperialis
ris et ultra Eivum Wallus meritò atten-
ditur ac necessariò distinguitur. In utro-
que Territorio Capitulum S. Petri
Decimas percipit, quas uno simul tempore,

uno

uno eodemque titulo illud possidere non coepisse ex Decursu patebit, Licèt Causæ adversæ Patro„nus prætendat ex Diplomate Hegfridano patere

Illiò Decimas has omnes pertinuisse ad Ecclesiam Parochialem in Elvell.

Illiò acceptata interim Thesi, Decimas ad Ecle„siam Parochialem, cujus infra limites existe„unt, pertinere, ex quo videlicet antiquissimam Decimatorum obligationem, Ecclesias et Domos Parochiales velut earum appendices, ubi Van Espen loquitur, restaurandi et reficiendi ex adverso intrinsecè agnidam colligere datur, tandem respondemus, omnes Decimas illas ad Ecclesiam Parochialem in Elvell pertinuisse, quas intra et infrà illius li„mites et in propriæ Suæ Jurisdictionis temporalis territorio à Se percipi solitas Archi Episcopus Fridericus donare poterat, et donasse ex Literis Hegefridi nostitur, illas autem Decimas, quas in extraneo alieno Temporis Jurisdictionis temporalis territorio ultra vivum quocunque demum titulo et à quocunque tempore adversa Ecclesia col-

Collegiata percipere coepit et nunc percipit, ad Parochiam in Ittrill unquam pertinuisse pernegamus.

34. Fundamentum negationis nostræ in eo positum est, quia in objecto Diplomate nulla penitùs nostri Wallufii inferioris vestigia deprehenduntur expressa, sicut enim simplici nomine Walefi utrumque Wallufium, superioris Moguntinæ semper Jurisdictionis temporalis et inferius, quod totum equestris olim Jurisdictionis fuit, et à duentis et triginta viriles aut quadraginta primùm annis Electoralis Moguntinæ Jurisdictionis esse coepit, comprehendi et designari non potuit, ita nec unum cum altero confundi debet aut potest, nec facilè confunditur, nisi ab altero forsan Judice vel advocato, cui, non exposita vel incognita Duplicis Territorii temporalis diversitate, quæ in prædiis Communitatis nostræ in Nieder Wallufen et ultrà rivum Wallufen habetur et necessariò attendenda est, productum ex adverso Diploma sucum facere aut saltem obscurum videri potest.

Priusquam verò ad evertendum ex ipso

ipso Diplomate Sigefridano titulum prælens
Decimarum Lindaviensium Donationis Tri
"viana Stilum secus Stringere licat, ipsu
producti ex adverso Diplomatis contextum
nobis oppositum apponimus.

Invenimus tamen, inquit Sigefridus
Archi Episcopus, negligentie et vetustatis
carie consumptorum Friderici privilegi
"rum restitutor, in continentia illorum
sint diligenticus investigare potuimus
quod Dominus Trethuricus Mogun
Arch Episcopus Ecclesiam illam /:S
Petri:/ de vicino transluerit, et de
propriis eam sumptibus in Suburbio
Civitatis construxerit et Canonicos v
"ginti unum numero in ipsa Deo et
B.to Petro servituros ordinaverit e
Ecclesiam, que vulgariter dicitur Ete
"ville, huc Jurisdictioni pertinentem
um sibi /: Ecclesie Altavillane :/ ad
-jacentibus viculis quinque Scilicet Wa
-tafo, Staynheim, Zelercho, Everba
Hatherheim: decimis quoque illis
attinentibus tam de locis jam dum
excultis quàm adhuc excolendis infra

Cer

infrà Terminos Suos constitutis, nec non et de animalibus tam volatilibus quàm quadrupedibus sine Exceptione ad usus fratrum Ecclesie Sti Petri liberè contradidit.

Ex quibus adversi Diplomatis verbis connexâ serie sibi cohærentibus hæc deducimus argumenta

35 Imum. Fridhericus Archi Episcopus instituta à se Collegiata non alias contradidit Decimas et donavit, quàm illas, quæ adjacentibus Ecclesiæ in Exterile ad Jurisdictionem ejus pertinenti viculis quinque Hatherheim, Everbach, Heterecho, Gaynheim et Waltafo attinebant, vel ergò Wallufium veterem tantùm vel utrumque, Superius et inferius conjunctim, simplici nomine Waltafi designavit: si alterutrum, ergò Superius et non inferius Wallufium Communitatis nostræ Oppidum designâsse intelligitur, quia notorium est, nec pars adversa diffiteri potest, sibi jus ibi decimandi vindicare, et constat vici priores Nicolas Ecclesiæ Parochialis in Exvill antiquitus Parochianos fuisse, notum quoque est, quòd recentior loci Ober Wallufensis Ecclesia nunc licèt Parochialis titulo et juribus decorata originariam Advocatiam ma-

matricitatem ortâ quadâm prestatione an-
„nuâ etiamnum recognoscat, quod onus Eccle-
„sia Parochialis ad S. Johannem in Wiede-
„Wallus nunquam præstitit, ideóque certum
indubiæ matricitatis jus in antiquitate fun-
„datum habere et nullo fidelitatis nexu ad
„tavillanæ unquam obstricta fuisse intellig-
„tur

Si utrumque Wallusium Superius et inferius
in Literis Sigefridi simplicii nomine Wal-
„tasi designari ex adverso statuatur, vel
ergò utrumque Wallusium unus tantùm
pagus tum fuit vel duo. Si unus, ergò
vel totam illam intercapedinem prædio-
„rum utrique oppido hodiè interjectam
occupavit, vel non: Si totam occupavit,
ergò Viculus non fuit, et Viculus appellari
non potuit, cùm Si oppidi amplissimi
ad longum saltis horæ dimidiæ spatium
patentis formam referret.

Si non totam dimensionem illam explevit,
alterutrum sanè Wallusium vel Superius
Altavillam versus vel inferius Vasavicam
ditionem versùs cum planè nondum ex-
stitisse, vminùs necessum est, ut desig-
„natum in Literis Diplomaticis Walta-
-sium

Wallafum, idi formam, ita conceptum Viculi
in prudenti æstimatione haberet.

Si duo pagi fuere, simplice nomine Walafi
designati, quibus attinerent Decimæ tam
de locis et fundis jam tunc excultis quam
adhuc excolendis infra Terminos eorum consti-
tutis, quas Ecclesiæ Collegiatæ Fridericus
donasse pretenditur ergo jam non quinque,
sed contra Diploma Ex numerantur Viculi
distinctim exprimendi et hoc ordine recensendi
I.) Wallafum inferius, 2.) Wallafum Super-
rius, 3.) Staynheim, 4.) Everbach, 5.) Ke-
terchum, 6.) Hatherheim, quod adversatur
Diplomati, in quo de viculis tantùm quin-
que, Wallafo, Staynheim, Ketercho,
Everbach, Hatherheim expressa fit
mentio.

36 III. Argumentum Sigefridus Archi Episco-
pus primarum Donationis Instru-
mentum recognoscens attendit Jurisdi-
ctionem dicens, &c. Sicut diligentius investi-
gare potuit, invenisse, quòd Trethuricus Ar-
chi Episcopus Ecclesiam, quæ vulgariter Duitur
Elteville suæ Jurisditioni pertinentem
cum sibi adjacentibus viculis quinque et cum
Decimis quæque illis, nempè Viculis:

attinentibus tam de bonis jam dunc. tempore Friderici, / exuctis quàm adhuc excolendis infra Terminos Suos, / vicalo unique proprio constitutis Ecclesiæ Sti Petri liberè contradiderit, h.e. unà simul donârit; Jam verò quam Jurisdictionem attendit Successor Friderici Sigefridus? certè non solam Ecclesiasticam, hanc enim quà ordinarius in omnes & singulas Suæ Diœcesios Ecclesias habuit, ergò civilem & Temporalem simul, quam ille quà Princeps Dominusque territorialis respecta bonis Elvill habuit, quam Jurisdictionem utranque nondum bonesta Ecclesiæ Sti Petri potestate libera ordinandi Sacerdotem in Ecclesia Elvillensi, & nondum reso in adjacentibus ei quinque vicalis decimandi jure, Ecclesiam illam adhuc manutenens, exercuerat, Decimas illis quinque tantum vicalis attinentes de bonis tunc exuctis infrà terminos Suos vocabulis jure proprio nec alio titulo recipiendo.

Quemadmodum igitur Friderico Prædecessori competentem in loco Elvill Jurisdictionem Sigefridus attendit, hac autem

autem non Ecclesiastica purè sed simul temporalis fuit, quæ penes eum veluti ordinarium et Dominum territorialem fuerat, ita et utramque respectu vinulorum quinque attendisse intelligitur, prout de non alias donavit, nec donare potuit Decimas nisi eas, de quibus à se abdicandis disponendi facultatem ex duplici Jurisdictione exercere potuit, quod luculenter patet ex illa satis dilucida expressione:

" Decimis quoque illis /: quinque vinulis :/ attinentibus, tam de locis jam tunc /: avo Friderici :/ exuctis, quàm adhuc excolendis infra terminos suos /: vinulorum :/ constitutis

Loquitur nimirùm Successor Friderici Sigefridus de Lundis, qui infra Terminos vinulorum quinque proprios, sive intra et infra, non extra limites prædiales communitatum in dictis vinulis habitantium certè jam tum determinatos constituti fuerunt, respiciendo Rhenogaviam suæ Jurisdictioni temporali pertinentem. Enim verò quàm præclarè territorii sui terminos observâsse observatur Archi Episcopus, dum vinulos jurisdictioni suæ temporali recensens ex Wallafo seu Wallufio superiore ad Vinulum

Lew

seu Villam Stayrheim, ad villa propiorem
descendit, exinde, quasi praeteriens ad villam
ad Vinulum Silvaticum & Herchum ascendit, ex
hoc ad vicum Herbach, Rheno ad Rhe-
num transit, demum verò ad viculum Hatte-
heim quasi ad inferiora Rheno adjacentia vi-
cera descendit, sit autem donasset Dei-
mar ri extraneo semper alienæ, primitus
quidem Nassavicæ, postea in Nobiles de Lin-
um solo subfeudato translata Jurisdictio
territorio, quod ab hac Lindaviensium fa-
milia Equestri Lindaviense Judicium
appellari coepit, distinguendum necessario
ac exprimendum, certóque expressum fuis-
set Hallasium inferius, tum ne confun-
deretur utrumque diversæ Jurisdictionis
territorium, alterum archiEpiscopi et
Electoris Moguntini, alterum olim
Comitum, hodiè Principum De
Nassau, tum potissimum, ut sit de facta
per Frethuricum donatione Decimarum
Lindaviensium certò et manifestè con-
stare, quibus in rebus Veteres prudentis-
simè attendi et maximè solicitè fuisse
ex similibus ejusmodi Literis noscen-
tur

Ex

Ex producto itaque Instrumento frustrà eliciatur, et nullo praetensae veritatis Diplomatico Fundamento, violentè prorsus nedum solidè exculpitur titulus factae à Friderico donationis Decimarum in extraneo semper alieno, circa seculum nonum quidem Nassavicae, et certè nunquam Augustinae Jurisdictionis temporalis territorio, quod ultra quadringentos jam annos ad hunc usque diem Judicium Lindavience dictum ab antiqua hodiè licèt exclusa Nobilium de Lindau familia, quae, teste Humbracht in Tabellis genealogicis Rhenanae Nobilitatis, Conradò de Lindau primo generis autore circa a. 1298. indaresiere coepit, et à Sygfrido ejus filio primo ut videtur, Equite Egregiis nuptiis propagata per plura secula floruit, duosque Vicedominos Rhingavicae Henricum et Sifridum gentis suae decora seculo XIIIo et XIVto jactitavit. Atque hac familia Equestris proditum Judicii Lindaviensis territorium titulo feudi Nassaviensis possederat, Sanis igitur Sanae rationi Conceptibus omnino repugnat intelligere, quâ ratione Princeps Ecclesiasticus Decimas in alieno Jurisdictionis civilis territorio vol-

colligendas Ecclesiæ quidam donare possit, vel donasse prudenter censeatur, præsertim si, omissâ in Instrumento donationis extranei territorii mentione, quæ necessariò faciendæ fuisset, aliunde forsan in Episcopum transeat aliquod alieni Decimandi dilionis juris libelus non exprimatur, si villa, vicus, vel viculus, cujus prædia in alieno ejusmodi territorio plurimam partem sita sunt, nomine distinctivo non designetur, quo ab alio ejusdem nominis loco intra fines vicini territorii ad juris-dictionem alicujus Episcopi temporalem pertinentis constituto satis distinguatur, ut, sublata omni ambiguitate, de donato liberaliter jure Decimarum et loco certo constaret. Sicut enim nemo dare intelligitur, quod non habet, sic nec dare quis potest, ubi non habet.

Et sane S. Salam ab Archi Episcopo Friderico Donationem Decimarum confirmans Successor Sigefridus Ecclesiæ S. Petri à Prædecessore suo de vicino translatæ, et de propriis ejus pumpolibus in Suburbio Civitatis Augustinæ, ad plagam Aquilonarem constructæ situm et determinatum Canonicorum viginti unius

A

à Prædecessore ordinatorum numerum jam fide-
„liter indicavit, jam accuratè expressit, quantò
accuratius nativam Decimarum in prædiis
intra fines duorum diversæ Jurisdictionis tem-
„poralis territoriorum constitutis obvenien-
„tium diversitatem expressurus, quantò fideliùs,
quantò distinctiùs Duorum ejusdem dominio
vicinorum Situm diversum indicaturus fuisset?
quantò cautiùs ac expressiùs diversos utriusque
territorii limites designâsset, ut per cuncta Se-
„cultura Scula Satis tuta et legitimo certæ
donationis titulo Scura esse posset Ecclesiæ
Collegiatæ.

„At autem pretensum falsò donationis Fri-
„dericianæ titulum ex Literis productis de-
„duci non posse, sed doloso abusu mirè prorsus
et merè confingi ampliùs et aperlissimè
pateat, argumentum opponimus.

37. III. Notorium est i.) Ecclesiam Collegiatam
Decimas pariter in viculo Neudorf, antiquitus
Nawendorf dicto percipere. Notorium est 2.)
ipsissimi hujus vicinli prædia in eodem Juris-
„dictionis exhaneæ districtu et Judicii Lenda-
„viensis territorio sita esse. Jam quo titulo
jus ibi, &c. in Neudorf, Decimandi Collegiata
obtinuit et possidere coepit? an illo? quem ex
allegato pacto ab Archi Episcopo Friderico
donationis instrumento, ratione Decimarum
in

Nieder Wallus nullibi obtendit, frustrà exclude
re viciat prouidere, ac excalpere adversarium
intendit. Idem prorsus quidem Titulus
deberet ex illis pariter Literis manifestò
patere, si Decima, quas in extraneo Semper
alienæ, nec unquam Moguntinæ, Juris-
„dictionis temporalis districtu et subfeuda-
„to Judicii Lindauiensis territorio intra
prædiales ibidem fines hactenus collegiata
percepit, ab archi Episcopo Friderico illi
donatæ fuissent et ad Ecclesiam in Ettvill
pertinuissent. Sicut nec Titulus Decima-
„rum in Neudorf, sic nec illarum in Nie-
„der Wallus ex Instrumento doceri potest.
Diversitas enim Jurisdictionis temporalis
in nominatis in Instrumento adversarii
quinque viculis et extraneo Judicii Lin-
„dauiensis territorio frustra quæsitum in
Diplomate Titulum Semper eruit. Ea-
„dem prorsus in utroque vico Decimarum
est ratio. Alium igitur illarum Titulum
proferat et [illegible] in lucem edat pars
adversa. Nec enim minimum vel unius
Syllabæ vestigium in Diplomate illo
deprehenditur, ex quo Rationari liceret,
ne dicam, pateret, Decimas intra Limites
viculi Nadendorff, hodiè Neudorf ap-

appellati ad Ecclesiam Collegiatam ex liberali Dona-
tione Archi Episcopi Friderici pervenisse. Nulla
prorsus de pago Naundorf in Literis illis occurrit
mentio, sicut nulla de Judicio Lindaviensi, quam
fieri tamen oportuisset.

38 Nec ipse curiosus avi sui Scriptor Joannis
in Chronico Ecclesiæ S. Petri summa solertia
à se compilato Decimas in Neudorf illi Ecclesiæ
à quocunque demum donatore traditas vel una
syllabula meminit, quantacunque sedulitate in in-
„dagandis Collegiatarum Moguntiæ Ecclesiarum fun-
„dationibus primævis omnisque generis donationibus
operam suam egregiè collocarit, utut in Juribus illa-
„rum et reditibus Ecclesiasticis authentica et certa
Instrumentorum publicorum veritate comproban-
„dis desudârit, utut exactè singularia quarumvis
Ecclesiarum et potissimum Collegiatæ S. Petri
Chronica fidelibus volexerit, utut annuat è
illarum jura labore arduo, operoso conscrip-
„tionis opere in minimis sua persecutus fue-
„rit, utut ingenuè omnes et singulas Ecclesiarum
dotativnes, prædiorum et Decimarum Donationes
exploratis ante oculos Instrumentis autho-
„graphis in perpetuam posterarum cautam
memoriam fide historica transcribere alla-
„borârit.

Unde mirum planè ac paradoxum videtur, Cri-
„ti=

Petitam Instrumenti Interpretem ad exhibendam falsò ex Literis Sigefridanis Donationem Decimarum in extraneo Judicii Lindavensis territorio excrescentium, tam apertè contra genuinam Diplomatis veritatem niti potuisse, cum occasione mota ab Equitibus de Lindau et ad Archi Episcopum Cardinalem Albertum II. delata de titulo Decimarum in territorio suo querela Principalis adversarii Ecclesia Collegiata teste Descripto Electorali de A. 1572. Die Veneris post Exaltationem Crucis emanato ad Literas emtivnis vocem Principe Electore confidenter provocaverit, quas ipsas tamen authentice jactitatas emtionis Literas ad faciendam emtioni fidem publicam non produxit nec producere voluit, quia non potuit, ex quo titulum Decimarum in Judicio Lindavensi tam de protensâ tunc emtionis, nunc donationis Friderician veritate suspectum esse manifesto confitetur. Dahin ist ex Instrumento illo Sigefridano Friderician reclutorio sub Spem qualitumque probabilitatis apparentis eliere potuisset Capitulum, quam facilè Luipert ad illud pro

provocare, et quàm promptè quàm confidenter ad
Literas illas dotalitias provocâsset: præsertim
cùm exploratiori tunc ævi præteriti memoria
tantò propriùs fuerit, sed probè intellexit et
agnovit Capitulum alienam in Judicio Lin=
»davienſi Jurisdictionem temporalem sibi obstare,
hinc ad alium fictitiæ emtionis titulum quem
probare non potuit, latiùs provocare voluit,
ne forsan apertæ falsitatis ex Instrumento
convinceretur. Quam quidem hîc allegatam
ad Literas Emtionis provocationem Capituli,
nisi adversarius contra omnem in agendo Sin=
»ceritatem se aliquem juraverit, tantò minùs
negare, quantò certiùs de illa edoceri poterit
ex asservato inter alias privatas Capituli
sui Scripturas rescripto Electorali supra indi=
»cato aliisque anecdotis de facto non per dona=
»tionem nec per emtionem acquæsitæ Juris
in extraneo temporalis Jurisdictionis Nasso=
»vico-Lindaviensis territorio deinandi.

39 Quoad quartam ex Instrumento illegitimè
pariter deductum, ne Capellam quidem nomi=
»nari in vinculis quinque Instrumenti tunc
existentem, quas, si tunc extitisset, nomi=
»nandas suisse Adversarius postulat, respon=
»detur, cùm in refulanda Lequela cujus nul=
li

nullitate prolixam scriptionem inutiliter vollo-
"are poenitendum Lis, parti adverse hic suffi-
"ciat, quod ex productis facienda erat Repo-
"situm, inferius Wallufium in Liberis Regest
"anis designatis in extraneo Moguntine
nunquam, sed semper alienæ Jurisdictionis
temporalis territorio decimandi, titulo do-
"nationis à Præsule Trethurico facta in Col-
legiatam transiisse. Quænam quæso fandæ
de Capellis faciendæ mentionis necessitas.

40 Ad Quintum Similis momenti deducitur:
Decimis à Friderico Præsule donatis nullam
aliud fuisse onus impositum quàm alendi
Parochum actualem in Eltvill, non verò
alendi ullum alium Parochum sive Ecclesiam
sive ædes ædificandi. Summariè reponi-
"mus, si, prout debet Adversarius, loqui
velit de decimis à Friderico Archi Episcopo
donatis, transmittimus, quia Communi-
"tas nostra sibi extraneas Rhenogavie
Parochias non curat, suum autem Paro-
"chum, cujus Ecclesia extra fines Rheno-
"gavie in Lundo Nassovico primitus consti-
"tuta, speciali dote sua ex Decimis prædiisque
antiquitus assignata gaudet, à Capitulo
ali non agnoscit, quin potius Ecclesiam
Collegialem alicui alienæ Ecclesiæ fru-
"ctibus fruitam tot jam seculis esse et adhuc

Frui

prui confidenter et verissimè contendit=ista quidem
ut elapsum proximè seculum respiriendo, dum
per vim omnipotis ab obtruso Ministello acatho-
lico praediis parochialibus, antiquissimo S. Joan-
nis Ecclesiæ verè Parochialis dos antiquitus con-
stituta per Lutheranos detineretur neque com-
municati nostro adhuc plurimam partem Catho-
lico de re divina providerent, quibus illa cordi
esse debuerat, verissimè dictum intelligatur
quod ex Christiano Lupo adducit.

Van Espen N. t. Tit. 33. C. 3. circa
finem n. 22.

De allegata hic querela turbatæ et non sine
conscientia ad tempus provisionaliter saltem
non sublevatæ rei divinæ videri meretur nos-
trum

Adjunctum Sub n. II.

N. II.

Cæterùm an in pago Rheingau tres vel qua-
tuor tantùm olim Parochiæ exstiterint
non plures, ex causis ad nauseam usque
jam sæpiùs repetitis non curamus, nec dè
narrata non quidem credentes, sed à meditate
aspersi labore superfluo delegenda convulsi
abstinentes, ne extra rhombum globosa dedu-
ctionum inutilium fila convolvamus.

Nihil prorsùs ad rem facient, quæ Nro Libello
Adversarius pro fundanda pretensorum Al-
ta=

Allavillana Parochianorum Communitatis nostræ hominum subjectione substerit dum erectarum primùm Parochiarum origines ex Capellis repetit, quas à potentibus Laicis, militibus, Dynastis ruri exilatas progressu temporis non tantùm sepulturam dedisse fidelibus, sed gradatim, inductâ divinis ibi vacandi licentiâ, baptismales tandem et Parochiales Ecclesias pro sola plerumque Laicorum commoditate effectas fuisse; ex historia Ecclesiastica generatim recitat, cujus rei in subsidium vocantur.

Du Cange in Glossario media & infimæ Latinitatis: voce Capella et Capellanus.

Thomassinus de veteri et nova Eccles. Discipl. P. 4. L. 1. Cap. 43.

Van Espen J. E. U. P. 2. Tit. 28. Cap. 4. à Nro 11. et P. 2. Tit. 36. Cap. 2. Nro 7. Segg.

Luis autem Thomassinus ille? num is forsan, si onomatomantiam inhibuerit, hæreditarius magni aliàs in foro civili nominis Jurisconsultus, gente Germanus? ab hoc autem inscriptum de veteri et nova Ecclesiæ Disciplina opus la-

latinum in lucem hactenùs editum esse ignoratur, anecdotis prorsus et apocryphis accensendum erit.

Quisquis autem eruditi du Cange Galli Glossarium criticum et insignis ætate nostrâ Canonisti Van Espen Jus Ecclesiasticum Universale viderit, generalia esse primo statim intuitu conspicietur; quibus quàm solidè systema suum superstruxerit, ex consequentibus explorare juvat: unam enim eandemque pronus omnium prætensarum Altavillanæ filialium Ecclesiarum Renoviæ rationem esse vix tolerari potest. Triplici autem auctoritate illa pro fundamento substratâ adversarius Colonianam gravitatem jam spirans quasi definitivè tandem pronunciat, talem Capellam erectam fuisse in Stattenheim, ejusque Patronos Laicos fuisse et hodiedum esse Equites de Langwerth acatholicos. Hoc quidem nudè licèt narratum transmittimus. Ex ultimo Ecclesiæ Altavillanæ angulo prodiens pariter narrat, talem erectam fuisse Capellam in Everbach sive Erbach à Nobilibus sive Equitibus de Aldendorff, ejus olim Patronis hodiè catholicis.

41 At hîc sistere tantisper licebit immoderatæ narrandi licentiæ. Si dicti modo loci Ecclesia hodiè Parochialis primitus Capella fuit, et vice

vici hujus involv, ut alibi præfensum est, Alta-
villana Parochiani fuerunt, unr ergò Insi-
gne Capitulum S. Petri A. 1720. Domum
Parochialem, A. 1731. Chorum Ecclesiæ ibidem
exstruendi obligationem agnovit? ulterius ca-
pella si fuit, Ecclesia esse non voluit. Talis verò
jam A. 1671. Simpliciter et absolute vocatur à Suffraganeo Mog. Christiano
Seambiensi Episcopo in tabulis indulgentiarum anno prædicto pridie festi
S: Udalrici expeditis quas exhibet

Joannis Tomo 2. de Suffraganeis Moguntinis pag. 473.

In tabulis illio dictus modò Suffraganeus dicit, se, ut Ecclesia in villa Eber-
bach congruis honoribus frequentetur, omnibus verò pœnitentibus
et confessis dictam Ecclesiam in festis Patrocinum ipsius et in anniversarii
dedicationis devote visitaturis, accedente tamen Diœcesani Consensu, ex-
pressas ibidem indulgentias concedere, dedicacionem quoque duorum
Altarium per se consecratorum in eadem Ecclesia existentium autho-
ritate sibi à Imo ordinario WOLFMEIO Archi Episcopo Moguntino
traditam, in die S. Marci Evangelistæ reverenter à fidelibus Christi
perpetuo celebrandam sancit.

Cum itaque hic Suffraganeus solam duorum Altarium in Ecclesia Eber-
bacensi consecrationem à se factam commemoret, hoc ipso, eadem illam
certè jam antè divino sacratam Cultui Ecclesiam fuisse intelligitur.
Nec etiam ignobilibus Capellis ruralibus literæ indulgentiarum concedentur.
Unde si Ecclesia parochialis in Wörth adversario exceptionum suarum Num:
55. antiquissima et nativa Parochia esse videatur ex eo, quòd illius Plebani
in exhibitis apud citatum ex adverso.

Baronem de Gudenus Tom: 4. Anecdot. Mog. pag. 980.

Diplomatibus occurrant jam post annum 1200. agnoscere pariter fateriqne
Adversarius debebit, eam, quæ Erbaci in Rhingavia jam antè A. 1271.
divino sacrata Cultui extiterat, antiquissimam et nativam esse
Ecclesiam, ab origine antiquissima verè Matricem, semper paro-
chialem. Quit ergo vana et merè arbitraria hypothesis adversa, omnes
et singulas dictorum in Diplomate Sigefridano quinque Vicariorum Eccle-
siis, quibus accenseri neutiquam potest Ecclesia Nassovico-Londaviensis
in Nieder Walluf unione antiquissimâ sibi obligatos in Neudorf paroe-
cianos antè seculum XV. habens, rudes et simplices plebis rusticanæ,
aut privatas potentum Laicorum Capellas fuisse, nec prætensa omnium
harum Rhingaviæ Ecclesiarum filialitas respectu prætensæ Matricis
Altavillanæ in dicto Diplomate fundari aut stabiliri poterit.

Tandem

Tandem ex Eberbach ad Kelerchum hodiè Hideracum transit, ex hoc vico autem Silvatico in villam Steinheim Rheno propiorem descendit, quo de loco mirum differendi formulam adhibere meritò notatur, dum ait:

Talis fuit Capella in Steinheim, eoquod ibi grangia Monachorum Cisterciensium ex Abbatia Eberbacensi construcla fuerit, ex qua surrexit Capella, modò Parochia in Villa Oberwallauf.

Circa hoc nudæ hoc de loco narrationis genus varia meritò vitia ab Adversario commissa perstringimus.

Imò Pro more simpliciter nudè narrat nihil probat.

Ergò Adeò talis fuit Capella in Steinheim, eoquod ibi grangia Monachorum ex Abbatia Eberbacensi construcla fuerit. Quæ enim quæso propositionis causalis cum priore connexio? Adversarius in mirum contra regulas Dialecticas æquè ac forenses peccare consuevit. Simul autem nugatoria est hæc illatio: Grangia Monachorum Eberbacensium ~~Grangiam~~ in Steinheim construcla fuit, Capella igitur ibidem excitata est, sic ille prior. Multò minùs autem consequibile est, ex hac Capella in Steinheim, ob construcla Monachorum

Eber-

Eberbacensium Grangiam, ibi excitatâ et adhuc
stante surrexisse Capellam in Villa Ober-
„Wallus, modò Parochiam.
Stiò Inter antiquitates hujus loci ævo pro-
„res et posteriores non benè distinguit adver-
„sarius, loquitur enim de Sacello privato circa
Seculum primum Secunda Chiliados Christia-
„na à Religiosis Cisterciensibus in Stain-
„heim constructo, sed ablissimum tenet Si-
„lentium de Ecclesia matrice in Steinheim
antiquitus constituta, quam ad majorem
habitantium in villis circumjectis Colo-
„norum commoditatem in Elvill tandem
translatam esse vulgaris habet traditio, quæ
inter illos viget, qui sibi exploratas anti-
„quitates Rhingavicas jactant, et Elvum El-
„vill, aliam, h. e. vetustam villam aliquot
Colonorum fuisse contendunt. Sed mitta-
„mus has privatas pagi Rheingau anti-
„quitates. Non enim hujus illæ sunt loci,
nec nostri instituti. Tandem Scriptor ad 524
facto ex diœcesi Moguntina transitu
ad exteranem alienæ Jurisdictionis tempo-
„ralis territorium sive Judicii Lindavi-
„ensis districtum pervenit ajens:
Talis ℣ Capella erecta fuit ab Involis Ro-
„tibus et Plebejis ℣ testibus Dipalo-
-ma-

Diplomatibus autographis / in Neudorf.

Hoc de loco quidem varias observationes Criticas afferre possemus in medium, sed Summariè tantùm præcipuas damus:

Hujus vici prædia pariter ultra rivum Wallus, qui Jurisdictionem Temporalem Equitum De Lindau, quondam, hodiè Comitum De Leyen et Moguntinam Electoralem disterminat, maximam partem sita sunt, et Decimæ intra limites prædiorum ultrà rivum Litorum excrescentes, eodem tempore, quo illæ in Neder Wallus in districtu Judicii Lindaviensis, à collegiata percipi cœptæ sunt, annexæ vici Neudorf Ecclesiæ S. Joannis Parochiani fuerunt, ut in illo Communicatorum nobis articulorum probatorialium Septimo Equites de Lindau verissimè affirmârunt Dicentes:

[illegible]

Cujus rei veritatem historicam ab Adversario ipsomet suppeditatam quis everlere [illegible], possit, cùm circa a. 1500. Ecclesiæ nostræ Parochianæ adhuc fuerint Neudorfenses nec facilitatem notoriam ab Equitibus allegatam somniare liceat.

De Juribus autem Parochialitatis Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ competentibus nihil decidit, nihil decidere potuit Camera Imperialis, cùm

cùm ad forum Ecclesiasticum merè et verè per-
"tineant; Decrevit autem Solummodò Equitibus
De Lindau non fuisse liberam, quam auctori-
"tate propriâ usurpârunt, Jamdictam, de certis
"ac Malteris frumenti et 80. cadis vini Eccle-
siam Collegiatam ex possessione attractarum
Decimarum deturbandi, Quâ pronunciandi
Methodo recursus ad forum Ecclesiasticum
Equitibus non fuit precclusus, et ad vin-
"dicandas Ecclesiæ suæ parochiali Decimas
nihilominùs patuit, ubi patet ex ipsa pro-
"ducta ab adversario Sententiæ formula:

Ju mgt rvbzmd, drs dnn ynlvgstm
Von Lindau nmst ynzimmn Gabr,
dri ymmdn Rbzynn dnn vmyn-
"zeynnn z. E. Mstr Vomb=mmd 80.
Znd Mnind rnd dnn vmyn zeyn-
"nnn ynsmndnn zu mdynbzn:

Celeriùm à Camera Imperiali non cura-
"tus nec requisitus Decimarum Titulus,
sed nuda possessio attenta fuisse satis
perspicuè intelligitur. Sicut verò Col-
"legiata Decimas in Neudorf ab Archi-
"Episcopo Friderico aut à quodam Juris-
"dictionis Donatas jactare nequit, ita nec
illas in Nieder Wallis intra prediales
Judicii Lindaviensis limites donationis

jure

pretensa titulo prælendere posse intelligitur.
Ex his inuidenter æstimari potest, quibus artibus, qua narratorum Veritate Collegiatum S. Petri Capitulum Ecclesiam Parochialem in Neudorf noviùs erectam, in se quidem certò filialem Altavillana autem nullo demonstrandi unquam nexum primævi Juris subjicibilem Altavillana ita antiquitùs unitam esse olim prælenderit, ut Neudorfiana, in præjudicium antiquissimæ nostræ Ecclesiæ verè Parochialis in Fundo Nassavico dotatæ et primitus erectæ, onerosum quoddam vectigal annuum nostræ potius debitum, Altavillanæ nullo debito pendere, et hanc velut Matricem suam, quod sine acerbo Ecclesiæ nostræ dolore recordari non licet, recognoscere rogatur, verâ Matrice quasi non verâ repudiatâ. O Duram Ecclesiæ nostræ sortem! Quæ lucrulenta, quàm truculenta illi vulnera, quàm ægrè sanabilis dilectæ Matri nostræ plagas inflixit qualisunque Decimarum in Nassavica Judicii Lindaviensis ditione provenientium alienatio? quæ mala et incommoda in Ecclesiam nostram virginelenis Matricem ex illa à Communitatibus in Nieder Wal-

luf

„lus et Neudorf Seculo XIV. non satis provi-
„dè cum Equitibus exercita de variis juribus
litigatio, ex qua dolendam variorum illustri-
„um Documentorum inter Litigantes Distra-
„ctionem consequi necesum omninò fuit,
quibus Documentis ita distractis antiquis-
„simorum Ecclesiæ nostræ jurium, indivi-
„duum cum aliis merè Civilibus nexum con-
„sequenter dissolutum esse, ex diversis ali-
„quot plagularum fragmentis Communi-
„tas nostra non obscurè intelligit. Quanto
Communi Ecclesia Habitis dispendio gravis-
„sima rei Diplomaticæ damna intulit
Funestis impunè sacibus grassati Marchi
Succici Sacrilega Tyrannis, illa excucullati
apostatæ Lutheri deformis reformatio,
Turpis Equitum De Lindau apostasia,
illorum Turpissimus aliorum Excessus,
et qualiscunque à Patronis jam Pareti-
„cis facta certo Suspecta juris Patrona-
„tus abalienatio, at nihil dicamus de
inexpiabili tot illustrium Documento-
„rum deportatione, quæ vel temporum
invidia vel quæsiti belli metu Securitatis
causa, privatis quibusdam phylacteriis
illata sunt, nulla autem à Deportatoribus

morte

morte forsan preventis relictâ horum ejusmodi notitiâ, in apocryphis perpetuæ oblivionis latibulis captiva detinentur et ad contrahendum quasi Surpem Situm Squalorémque damnata inutiliter conquiescunt.

42. Ad finem Nrō 19. adversarius per extraneum alienæ Ditionis territorium quasi ambulans pleno tandem et uncitato gradu ad oppidum Communitatis nostræ accedit ac similiter pronunciat.

Talis denique [Capella] erecta fuit in loco questionis Niederwalluf in honorem S. Johannis Baptistæ, quam tamen obstante sibi alienæ Jurisdictionis veritate convictus non in territorio Temporali Moguntino sed in Fundo Comitum, nunc Principum acatholicorum de Nassau ac titulo feudi Nassoviei Jurisdictionis Equitum de Lindau modò Comitum de Leyen primitus constitutam diffiteri nequit. Posteà pro more suo sed ineptè contra omnem veritatem concludit, sex Capellas rurales intra fines ejusdem Parochiæ in Elvil erectas sex dein evasisse Parochias.

Hæc quàm bellè hæc nudè narrata cohærent, unam uti Adversarius gratis fingit, Capellam in extraneo alienæ Jurisdictionis temporalis territorio, in Fundo Comitum de Nassau, quæ gens olim illustrissima tot à longissima retro antiquitate plurimùm veneranda sua in loca pia pia Liberalitatis vestigia passim reliquit, fundatam, dotatam, pro na-

nativo privii evi genio et suorum in Nawendorf et Wallof Parochianorum numero amplè Salis constructam, contraque ipsas vetustatis omnia penè monumenta protervè insolenter solentis injurias similiter Satis, verò solidatam intra fines Parochiæ in Eltvil subsistisse? ujus non Capellæ, sed veræ Ecclesiæ Parochiani in Nieder Wallusf, Neudorfinis vica A. 1504. aut 1505. se se temere separare attentantibus, nefimum, ùt videtur, intra suos sua Ecclesiæ parietes ante aram, ujus adhuc cadera ibi visuntur, tumulatum A. 1512. Plebanum proprium nomine Nicolaum Cuotti habuerunt, ujus monumentum funerale sub Nro III. in exhibita effictis imitando antiquis, nunc antiquatis Monachorum Characteribus, ùt ajunt, inscriptione Sepulcrali vulò subjimus. Hic verò Sacerdos in hac inscriptione inscribitur Plebanus Ecclesiæ, Ecclesiam igitur et Plebem habuit, quibus præesset, nam Plebanus à Plebe dicitur, imò habuit amplam Salis, obligatam in Neudorf, sed Matrici desertricem ac degenerem filiam, sidam contrà in Nieder-Wallusf in propriâ propriè veréque parochiali ad vacandum divinis congregari solitam, Plebanus hic primus non fuit, ùm ipse

Nro III

ac-

Adversarius Ecclesiam nostram à tribus circiter Sæculis Parochialem jam fuisse Nro Sibi ꝛ.d. fateatur. Si primus non fuit, ergò prædecessores in beneficio curato habuit; Quinam verò illi? quis illorum primus? Profectò si Principalis Adversarii Ecclesia Collegiata à pacato Friderici avo Decimas in Fidicio Lindaviensi possedisset, natæ ex Capella rurali Parochiæ originem ac Seriem Parochorum à primo ad ultimum usque accuratè contextam jam dudum deduxisset. Monasteria certè et Capitula novitatis ejusmodi pro more solerter adnotant, privatas licèt id genus Scripturas solicitè custodiunt, et adeò notabilis vicissitudinis notitiam Successoribus fratribus jure quodam hereditario relinquunt; Quod ipsum Adversarius non obscurè indicat, dum ad finem Vri ꝛc. curiosa et anecdota De quovis obvio Sacerdote ab incolis Vicinorum Solius Suæ commoditatis causa conducto afferre Sese posse gloriatur. Hæc si curiosa tam curiosè, hæc anecdota tam solicitè observata sunt, ut sanè notatu longè dignior rem Capellæ ruralis à tribus circiter Sæculis in Parochialem Ecclesiam transformatæ historiam adeò neglectam prætermissam fuisse persuadebitur? cum autem Ecclesia nostra invictissimi Patronis Equitibus ad sacrificandum sortè illis

mo

molestiam et pro majori oppidanorum novas
in fundo Noguntino sedes Habilientium Commo
„dilate ex fundo Naponico eis rivum A. 1527.
translata jam per annos ccc. 58. eo, quod nunc
est, loco notorie steterit, ergò ad compalendum
ex arbitrario adversarii Calculo seculum ster-
„tium, quod nequidem integrum vendit, anni
solummodo sexaginta duo requirantur, nostram
proinde Ecclesiam circa A. 1465. ex praetensa
rurali Capella surrexisse necesum est. Sic
què evenisse intelligitur, ut intra annos sexa-
„ginta duos ab A. 1465. scilicet usque ad A. 1527.
dam insignis calvariarum ossiumque acervus,
qui hodiedum sciam ibi conspicitur, ex dela-
„tis in ossuarium reliquiis Cadaverum ad eam
altitudinem exstrueretur, cùm nonnisi com-
„munis à natura imperata moriendi necessitas
Coemeterium illud tot feralis Libitinæ spoliis
auxerit, cùm ab A. 1527. nullus Communita-
„tis nostræ oppidanus in Ecclesia primæva
aut extraneo illius Coemeterio amplius in-
„humatus fuerit; At Cadaverum sanè
hujusmodi cumulum ex tumulis reclusis
aggerendum immemoriale plurium sine
dubio seculorum requiritur spatium, præ-
„sertim paucioribus ætate illâ hominibus.

Ossuaria autem in eum duntaxat usum
destinata sciuntur, ut, si reliquiis ejusmodi

tumu-

tumulos nimis inhumenere commodèque refodi-
vel suis inclusa Loculis cadavera recentiora inferri
non posse contigerit, effossa à Sepulcris ossa ejus-
„modi in Separato quietis locali loco reponantur,
ne Funera fidelium in suis aliàs tenere proteren-
„dis reliquiis quasi profanentur, ut sic suos pios
defunctorum manibus honos post mortem quo-
„dammodo habeatur. Evidenter itaque dignosci-
„tur Ecclesiam nostram non à tribus circiter saeculis
ex ignobili Capellae rurali surrexisse, sed natale
ortus primi deum ea nobiliori longè superio-
ris aevi antiquitate ortò repetere, adversarius
nudam narrationem suam pro instituto et
intento suo ad N.no. praeclarè contexit et
prosequitur sibi sacè credi postulans, dum ait,
neglecto à Villanis in Ecclesia Parochiali officio
divino ad Capellas sibi commodiores con-
„fluxisse Castrorum et Villarum incolas, ac re-
„laxata pristina Ecclesiae disciplina ibidem
festis diebus S. Missae Sacrificio assistere dum
licuit, sensim sine sensu omnia Ecclesiarum Pa-
„rochialium Symbola Capellas Rurales conse-
„cutas, Baptisteria et Coemeteria erecta, Sacra-
„menta dispensata esse. Hanc si narrationem
„cum de Neudorfinis Adversarius retulisset
qui praepostera novitatis vertigine arti pris-
„cam Ecclesiae Lindaviensis disciplinam teme-
„raria

temeraria prorsus foederis aviti ruptura relaxâ-
„runt et circa A. 1304. ad extranea Dni inde
sacra magnam partem dilapsi sunt, laudem veri-
„tatis aliquam tulisset; Quare illos Nam Eques
de Lindau in suis deductionibus de A. 1506.
et Segg. tanquam perfidos proprio matricis Ec-
„clesia desertores merito redarguit. Dum verò
id Criminis Communitati nostræ Scriptor im-
„pingit, quasi Ecclesiam Parochialem in Elt-
„vil, quam nullo unquam tempore Majores
nostri matricem agnoverunt, nec agnoscere
potuerunt, vel insignitèr decipitur vel deci-
„pitur vel decipere intendit.

Videatur adjunctum nostrum
Nro IV sub Nro IV

43. Jeruntamen ne nihil egisse videamur, calcum
simplicis hujus allegationis medilatem
penitius perspicere juvat:
Oppidani nostri, Sicut et Neudorfenses
nullo filialitatis nexu, nullo Ecclesiastico
servitutis jure illi extranea in Eltvil
Ecclesia unquam obstricti fuerunt, et
sicut ab illo Wallof ~~fri~~ tirulo, à quo
nomen Oppidi derivatur, separatum sem-
„per Judicium Lindaviense fuit, ita li-
„mites Parochiæ et prædiorum fundi

Wal-

Nassavii ab avo immemoriali ultrà nongentos
jam annos distincti fuisse Imperiique Sepa-
rati manserunt, quidquod vel nulli vel certè
pauculi eis ritibus Gallani in fundo Mogun-
tino ante Seculum XV. consedisse videntur,
quod vel ex eo intelligitur, quòd omnes nunc
oppidani Gallinam Bacchanalem Comitibus
de Leyen veluti in Recognitionem Dominii
Temporalis, more antiquitus observato, quot
annis pendere teneantur, quam Sanè præsta-
tionem in certo quodam post transitum pacto
fundatam nobisque imperatam esse lubenter
intelligitur, ut cujus omnes et Soli in Neu-
dorf et Nieder-Walluf oppidani, postquam
majores diu exercitationum Equitibus Eligio
ad declinanda eorum odia in Moguntinam
Selectionem receperunt, noviter fixis ibi
Domiciliis, impedito autem in Subditis pro-
fugio jure retractûs, in perpetuam pri-
mævæ Subjectionis memoriam juriis Do-
minium Temporale quasi Subditi fugitivi
eliamnum revereri jubentur, alieni autem
territorii Subditos Ecclesiæ et Parochiæ pro-
priæ, Parocho proprio carnisse, extraneo
Parochio Parochianos fuisse, velut inson-
cepetibile prorsùs figmentum jure merito ex-

plo

exploditur, præsertim cùm Parochia nostra circa
initium Sæculi XVI. suos adhuc filiales in Neu-
„dorf ejusdem ditionis homines, forsan et in Schier-
„stein, ante reformationem habuerit, in quo
Nassaviæ pariter fundi vico Schierstein pau-
„culis licèt hodiè Catholicis Sacramenta bap-
„tismum parvulis, communionem paschalem
adultis, viaticum moribundis et cætera mu-
„nia noster etiamnum Parochus diligen-
„ter et probè. Porrò ut adcentiliandam Sacris
inanibus commentis suum apparentis
etiam veritatis operam non luisse videretur
adversarius, eò illi enitendum fuisset, ut
ostenderet
Imò Villanos in Neudorf et Wallauf ad Ec-
„clesiam in Eltvill antiquitus pertinuisse
Eidò Neglectum ibidem officium divinum
ab illis fuisse, designato et probato diffi-
„cilima, tot Canonibus prohibita desertio-
„nis ejusmodi tempore
Etiò Capellam ruralem præsensam à quon-
„que Rmo Archi Episcopo quò ordinario in
Ecclesiam Parochialem fuisse transfor-
„matam concessâ Baptisterio et Coeme-
terio privatum erigendi licentiâ, quo
circa Sæculum et annum Sæculi determinare
nec non ipsum Reverendissimi Archi Episcopi
nomen

nomen expressim indicare omninò necessum fuerat.

44 Qua de licentia novum baptisterium et privatum Coemeterium erigendi conjectis tabulis indubiè constare deberet, prout ad a. 1449. ad Theodericum Archiepiscopum de Ecclesia Steinheimensi ad Moenum refert.

Joannis Tomo 2. Rerum Mog. L. V. de Theoderico pag. 763. n. 17.

Ubi de oppidanis Steinheimensibus hæc habet:

Erant ii parœciani Ecclesiæ in villa cognomine haud procul adjacente. Turbulentis adhuc malis temporibus sacris vix sine periculo interesse poterant. Iis ut eos molestiis levaret Archiepiscopus, sacellum oppidi, tabulis Aschaffenburgi Die Octobris XXII. editis, in Parochialis erexit dignitatem, translatis in istud omnibus virium illius juribus ac privilegiis. Consenserc, quos res ista tangebat, Cuno Abbas Seligenstadensis, Collator ut vocant, Conradus Bez, parochialis Curio, sacellique oppidani Pastor Hartmannus Truttmann.

Qui verborum relatorum contextus clarè prodit constitutam in villa cognomine haud procul adjacente, Ecclesiam, cujus Parochiani erant Steinheimenses, jam antè Parochialem fuisse. Cæ. ad levandos periculo et molestiis oppidanos in Steinheim pro meliori Morum commoditate Ecclesiæ virium jura ac privilegia

in

in Sacellum Steinheimense ab Archi Episcopo trans-
"lata, Sacellum proinde in Ecclesiam Parochialem
transformatum fuisse. Ex. ad exequendum hoc nela-
"phonseos Ecclesiastico consilium triplicem Collato-
"ris et parochialis Curionis ejusque, qui Sacello pra-
"erat, Sacerdotis consensum fuisse requisitum. Ex
quibus argumentum sequens deduximus: si ad
Ecclesiam de se jam dudum parochialem alio trans-
"ferendam consensus tum Collatoris, tum Paro-
"chialis Curionis sive Parochi ab Archi Episcopo
eodemque loci Steinheim Domino territoriali
Friderico requisitus fuit ut ne in nullius
praejudicium devergente, quanto potius, quan-
"to certius requisitus fuisset Capituli Pa-
"rochique ablavicani consensus, si circa a.
Seculi XIIV. 65. vel serius nova in Linda-
"viensi Nassavia ditionis Judicio Paro-
"chia cum novo onere Capituli, cum praeju-
"dicio Parochi in Ettvill erecta esset transla-
"tis in ignobilem Capellam ruralem juri-
"bus beneficii curati, praevertim additis nova
tali Parochia Parochianis in Neudorf,
in Casu autem non requisiti consensus
ejusmodi quam gravis, quam instantes
de onerosa sibi suoque Parocho noxia
nova Parochia erectione querelas ad
Praesulem detulisset Capitulum: prae-
"cipue si quandam vom pedentis Paro-
chiali

Capella
Parochialis partem elevabat Curialis Domus Archi Epis-
„copus novo Parocho assignasset ex Decimis, quas
ex hypothesi Rei adversa Collegiata Decimatrix à
jactato Trethuricii ævo ad id usque temporis
percepperat, quàm ægrè quàm lentè ad onerosam
Capitulo novæ talis Parochiæ institutionem
consentiens fuisset consensus eorum, quos unus
novum tangeret, quorum interesse debebat, com-
„petentium Parochiæ Suæ in Ecclesiæ juriun
stolæ diminutionem præcavere quàm arctas
de non præjudicando conditiones in Scripto San-
„ciri Collegiata supplicasset, ut ab extraneis
Judicii Lindaviensis inquilinis Altavillana
tanquam vera primitivæ Ecclesiæ Matricis fulu-
„ris olatibus recognosceretur.
Atque irrefragabilem nostri hujus argumenti
veritatem egregiè comprobat ipsum adeò pro-
ductum ex adverso Adjunctum Sub Nro XXIII..

45. Ad finem Nri 20. Adversarius dolendis Eccle-
„siæ nostræ malis proterviè insultat in tri-
„bus tam graviter jam afflictæ tam vehe-
„menter convulsæ ruinis Iropæum quasi
erecturus, dum ait: „Curiosa item afferre
possemus et anecdota, quòd scilicet vicinorum
istorum invola obvium quemque Sacerdo-
„tem Solius Suæ commodatis causâ con-
„duxerint, et quidem ad cerlos tantùm
annos

annos tanquam mercenarium suis sempr. sumptibus, sine ullo onere Ecclesiæ nostræ Collegiatæ.

Temperare hîc nobis calamóque non possumus, quin illum, qui multo sale defricandus esset, insolentem jocandi pruritum in adversario maturè sopiamus, opponendo producendis ab eo sarcasticis anecdotis Adjunctum nostrum sub Nro II ex cujus summario hîc deducendo tristissimum afflictissimæ Matris nostræ Statum, falsáque nativâ Specie sine larva dolosæ fallitatis exhibemus.

Antiquissima Ecclesia nostra S. Johanni Baptistæ sacra in fundo sibi patrio jam seculo XV. Chorum vi vetustate inclinatum in ruinas tenerat. Equites illius Patroni patriâ provisione labantem sublevaturi adeóque sanæ fabricæ adversùs temporis injurias tuituri Decimatores ad reparandum Chorum invitos quâ Domini territoriales in suo Judicii Lindaviensis Districtu adstringere student, Decimas Collegiatæ subtrahunt ingruentem Ecclesiæ delinent, his ab hac in Camera Imperiali institutibus, et adgenium seculi escrito aliquamdiu velitari litigio, ut considerantibus patet, defendas restituere Decimas jubentur, Equites qui ex jactura

Sub-

Subditorum in ditionem Moguntinam se recipien-
„tium gravem animi dolorem se diunque non ne-
„perant, Chori reparationem in foro Ecclesiastico
prosequi et urgere desinunt, Catechiano in con-
„traria Junesti Ecclesiæ Schismatis studia sensis,
Neudorfini peculiarem sibi Ecclesiam constituere
„aggrediuntur, Wallufiani Parochialia Matricis
sua jura secum transferri laborant, novámque
pro sua commoditate moliuntur fabricam, non
„amplius residentibus sed mere permittentibus
Patronis Equitibus, qui vix retentis paucio-
„ribus subditis, caterorum jure civium Rhin-
„gavia oblento Domicilia sua in Ditione Mo-
„guntina stabilienium jactura afflicti ad
initas redacti, tandemque concepta ex
tædio apostasiam meditanles augustanam
„sue confessionem publicè profitentur,
Sueco milite interea per ditionem Nassovi-
„cam in subfeudatum Judicii Lindaviensio
territorium effuso, qui deste

Joannis Dom. a. L. IV. p. 945.

Vallofio expugnato, casisque, quotquot obsti-
terent, propugnatoribus in Rhenogaviam
irruit, et interiora pervagatus inde Ehren-
„felsam, arcem ad Rhenum Bingæ obversam...
et turrim à muribus nuncupatam, Duce Bern-
„hardo Hinariensi invasit, relicto maximo
nostro

nostro inveniendo ex authoribus præsidiariis, quos
litores potiùs quàm disciplinares milites dixe-
rimus. Nam variis Wallosii gravissimis exactio-
nibus pecuniariis non contenti præsidiariorum
Præfecti immanissimas per suos Direptiones im-
punè in vivis exercent variis, quoad Subsistue-
runt, molestiis Parochos nostros et injuriis
exagitant, Ministellum verbi Equitibus eorum-
que pauculis adhuc subditis, ut videtur, insti-
gantibus obtrudunt, parochialia illi prædia
lupi rapaces in usum Sacrilegum convertenda
vendunt, prout rem ex pluribus docet Adjun-
ctum nostrum Sub Nro II. Unde facilimè
intelligitur 1.) ex ipsa libelli Paradoxa in-
scriptione miserrimus Archi Diaconos Mo-
guntinæ Status 2.) numerus Hominum
acatholicorum ad tricenarium inviter excur-
rans, qui tum paucioremi loci incolarum par-
tem constituere dicantur, Lindavienses in
Wallosf et Neudorf subditi potissimum
fuisse videntur. 3.) requisitum à Vice-
Domino Lengavia de Stockheim fuisse statum com-
petentiæ pastoralis. 4.) Succi rerum Domi-
ni jam vi et potentia authoritate rem eò
adductam fuisse, ut de Parochia in Ca-
tholicos stabiliter transferenda cogitaretur
5.) De procuranda Ministello cujusque
familiæ sustentatione congrua delibera-

tum

„tum fuisse, non obtinentibus apud Protestantes
„paribus Stola ut vocant, quæ notabile pasto-
„rale apud Catholicos competentiæ supplementum
„suppeditant. Et à Vice Domino Rhingaviæ Nobili
Domino de Stockheim propositum esse, quòd in-
„sufficientiam competentiæ ex Decimis suppleri
„unum Reperiret medium, casu quo Parochiam
Ketterodorcam in Nieder Walluf habitare necesse
„imperaret, patet primò Ecclesiâ extra Wallufi-
„um jamdiu tum maximam partem collapsa,
„prout ad exercitium Sacrorum ac Catholicorum,
„si ita fieri fas sit, ibidem instituendum in-
„habili visa, horas ad rem divinam velut in
„aliis tum Rhingaviæ locis alternatim habe-
„dam Paribus determinandi necessitatem pro-
„posita fuisse. Quibus ita se habentibus
Dnæ Emmissioni apostolicæ perpenden-
„dum proponimus quid agere afflictissima
Communitas nostra debuerit.

46 Cum itaque violento usu capta et occupata à
Ministello prædia parochiæ per Sacros debitè
„renlur, nec esset, unde Sustentationem congruam
reperiret, quæ in Vinea Domini, in quâ apud
nos penitus exstirpanda furor et rabies hære-
„ticorum laborabat, conservanda laboraret,
qui omnis persecutionis illatarum religioni
injuriarum pœnas, et atrocissimis belli Sacri-
legi

„legi faciebus ardentis Seculi estum perferret, qui periclitantium periculoso tempore animarum curam gereret, Diu noctuque ad earum auxilium in parvulis et majoribus, valentibus et aegrotantibus, vivis et mortuis excubaret. Verbis utimur Serarii pag. 821. Quid ageret misella Communitas nostra? annon necesse habuit, ut mercenarium pro custodiendo ovilio proprii semper separati gregis fidelium pastorem conduceret, profectò ne palantes sub velo jam vitioso ovesburpi haeretico gravitatis inficerentur scabie, Scabini nostri consulò provederunt. Quid igitur malis nostris insulat Roverdarius? an exigente ita necessitate Sacerdotem conductium nostris alere sumtibus est obvium quemque Sacerdotem solius nostra Commoditatis causa conducere; Audeat ejusmodi Spiritum calamo injurioso in nos exercere velle. An in eo reprehendendi forte Majores nostri erunt, quòd ad extraneam et quasi novercam sibi Ecclesiam non transierint, cujus jugo jam quasi filiales jamdiu antè subjiciendi erant, ut nativa venerandæ Matris nostræ libertas eò felicius oppriimi, nos autem in alienæ Ecclesiæ potestatem vilius forsan tantò facilius redigi possemus.

Non

Non improbabit, remitt adversarius, quod à Majores nostri non deserto jure possessionis et contra Sacros Canones facto Octavillam transitu p. quod peti videtur? suis construitam sumtibus Ecclesia à hæ-retiis non reliquerint profanandam. Sua itaque curiosa curiosè abstrondat Anecdota privatis schedis suis inconsultò excidere non patiatur, adversarius, ne illiberaliter jocularii videatur. Cæterùm Pastores nostros, quos ad certos tantum annos fuisse conductos fingit, et Spiritu Satyrico afflatus mercenarios ironicè appellat, Com-munitatis nostræ semper sumtibus alitos fuisse sine ullo onere Ecclesiæ Collegiatæ parum illi civilitatis conciliat, —

Pigmento autem opponimus interruptam nostrorum in Veder Hallus Parochorum Nro V seriem sub Nro V. quibuscum inultorum, ut prætenditur, ad certos tantùm annos conduc-tionis Contractuum prorsus nullum ex anecdotis suis pars adversa depromere po-terit. Interim hi et semper solennissimè protestatur Communitas nostra contra ob-jectam frivolè liberalitatem Collegiatæ; qua Parochum nostrum à se ex misericordia ali et sustentari inani fastu falsòque jactitat.

47 Quæ ad Nrum 7.d. pronuntur, ejusdem fal-
sitatis

falsitatis narrata sunt. Quàm præclarè enim
Partis adversæ Patronus probavit, Eccle-
„siam nostram primùm à tribus viriliter Sanc-
„tis in parochialem fuisse transformatam?
Nihil decest, quàm ut Solenni Mathematico-
„rum formulæ Q. E. D. hanc substituerel:
quod erat narrandum. Quin negatur, ex
adverso autem probetur, Ecclesiam nostram
ab Equitibus de Lindau dotatam, fundatam,
illorúmque intercessione ad dignitatem paro-
„chialis à Rvdmo ordinario evectam esse.
Ex eo certè, quòd Patroni fuerint, non Sequi-
„tur, illos ejus primos Patronos seu dota-
„tores fuisse, Jus enim Patronatus ad
illos cum feudo in certe ditionis Vasa-
„vica transivisse per se intelligitur, Falsi-
„tas illa pariter explodatur, quam obtrudit
dum similes stili narratorii non exce-
„dens ait: incolas vici Weder Wallis Pa-
„rochianos olim Ecclesiæ in Elvill sese
Separasse et semetipsos ab hac: falsò
pretensa: Sua Parochia se separasse do-
„cere debuerat, adversarius, in quod Se-
„culum, in quem annum tot primorum
jam Seculorum venerandis Canonibus
tot Sacris Oecumenicarum & provincia-
„lium Synodorum Constitutionibus tam
severè semper prohibita ex adverso merè
von-

confita Majorum nostrorum Separatio propria
et non nisi temerè attentanda Dismembratio inui-
derit. Sicut ad Num 41 nobis de Neudorfinis
indicavimus, et inviolè hic probâssemus, si ad rem
nostram feisset. ad rem huc faciunt, quæ Su-
perius nº 45 deduximus. Protestamur hic
pariter contra enormem illam falsitatem,
quâ Communitas nostra filialem Separatio-
nem propriam in actis quibusdam judicia-
bus, quæ non indicantur, quondam pluries con-
fessa esse allegatur.

In iis, quibus dismembrationem confictam
veluti non factam ex Canonicis Causis, ei, sibi
prætenditur, nullo modo necessariam Nexus
impugnat, inutilem operam partis adversæ
Patronus vellocat, dum ex falso Supposito,
quod solidissimè probandum Suscipere de-
buerat, procedit. Siquidem supponit Nasavicz Lendavienſis in Nied-
Wallus Ecclesia antiquissima semperque parochialis parochos, extero in Ott-
vill Ecclesiæ parochiarios fuisse, quod ex Summario nostro Num IV et VI
falsissimum esse comperitur. Frustra præterea inferiorib Wallu-
chi filium respicit Adversarius;
Etenim ad evitandam Ecclesiarum inter se præroga-
tivam ratione Matricitatis et Filialitatis ex meræ
confictæ dismembratione, ex propinquitate loci
non multum distantis, ex non obstante Aineris
asperitate, ex planitie viæ nullo montis antrivi
qui eundans ambulantum sæpius molestum
redderet, interjecta interrepto argumentum quo-
dam repetere pro Libitu liceret, quàm involenter,

quanto

litigiorum stropitu Parochio sibi vicino inter se con-
„uelli et confundi possent, praserlim in majoribus op-
„pidis et urbibus, sicque in urbe Moguntina C. G. Pa-
„rochio in Idemünster, S. Christophorum S. S. Cuin-
„linum, item Parochie ad gradus B. M. V. ad S:
Johannem et Metropolitana facillimè in unam
conflarentur, in quibus ejusmodi Parochiis urbanis
adeò miros non rarò limites circa ades Parochia-
„rorum fixos deprehendimus, ut propiores uni Ec-
„clesie domus ad alienam Parochiam vel anti-
„quibus pertinent vel à Dominis illarum et
Patronis à Parochia, ujus intra fines con-
tinentur, per prolensas exemtiones abstrahan-
tur, Parochis diam forlè non fundatarum
ejusmodi separationum perversis incuriis
vel auctoritati potentiorum ex metu aut reveren-
tia cedentibus, ne forlè non respondura-
similibus utilitatem stolæ odioso sibi litigio
insectari aut insectati esse à juratis Eccesie
sue aut successoribus eorum subiqze quondam
arguantur. Quidsi Altavillanos Ecclesia no-
„stre Parochianos esse aut fuisse Communi-
tas nostra nudè asereret, et confictam per
subitu separationem Altavillanorum vel dis-
„membrationem ex Canonicis causis ullo modo
necessariam fuisse negaret, ex allegationibus
adversis aliem inutiliter impugnaret.

Quàm

Quam operosa argumentorum volumina conglobaret Adversarius, quibus Ecclesiæ in Eltvill à nostra non dependentis, ad nostram nullo unquam subjectionis jure antiquitus pertinentis libertatem lucretur, et stabiliret, quàm proinversa hypothesi gravem onus probandi in nos rejiceret, si momenta partis adversæ, ubi nostra, evasivæ litigiorum distractæ, injuriave temporum subtracta, aliò delata vel ab insolente milite secta direpta, funestisve hostilis incendii flammis hausta interierint. Ut igitur estimari possit, quòd Pars adversa causæ suæ profituum quid sub specie veri salem allucerit, probandum solidè fuerat, Majores nostros temporalis Equitum de Lindau Jurisdictionis quondam subditos antiquissimæ filialitatis unione Ecclesiæ in Eltvill obligatos primitus fuisse probato autem et fideliter indicato seculo quodam posteriore sua sponte contra Canones particularem ab illa separationem et avulsionem attentasse, obtentis tantum Equitum rogatu pro sua Capella rurali Juribus et privilegiis Ecclesiæ Parochialis, quæ nonnisi ab ordinario Loci Ludmo quodam archi Episcopo Moguntino supplicibus petitis literis et revocari potuerunt, cujus provinde nomen non simplici et nuda narratione indicandum fuisset. In probando autem tali prosenda filialitatis nexu ita procedendum fuit

adver

adversario ut ostenderet, hanc meam asserlam Separa-
„tionem jam evenisse, antequam Communitatis no-
„stræ oppidani, compositâ inter se Dominósque
Suos lite, temporali eorum Jurisdictioni, divisæ
ultrici exagitationi, quam subveriti fuisse vi-
„dentur, se se subducendi causa vis rerum in alie-
nam ditionem immigrarent, et obtento Rheinga-
„via Civium Jure in ~~[illegible]~~ Jurisdictionem Tempo-
„ralem Omnii Archi Episcopi et Principis Electo-
„ris Moguntini transirent stabilitis ibidem
novis Domiciliis. Cui Patrum nostrorum
transitus in tempora Ulrichi aut Alberti III.
Brandeburgici incidit. Si autem priore infe-
„rioris Wallufii sita ultra rivum, et oppi-
„danorum Equestris, non Moguntinæ Juris-
„dictionis cum subditorum Statu considerationis
falsa intelliguntur, quæ ex præsenti loci no-
„stri ab Eltvill distantiâ vix bis mille pas-
„sus: quod et nunc falsum: confluente, ex
prætensa itineris facilitate, via planissi-
„ma Commoditate, ex patente ambulacro
amœnissimo, non aquarum inundantiâ nec
rivi interjecto impedito inepte afferuntur.
Nam si per imaginariam hypothesin Eltz-
„siam in Eltvill antiquitus incolissent,
ultrà rivum Walloff, Wallauf, Wallof et
Wal-

Wallus antiquibus dictum agros planiores et prata
Rheno quondam adjacentia sæpius inundante
non nisi difficillimè imò sæpius cum periculo vitæ
ad quater mille passus et amplius transire debuissent,
præsertim ævo illo, dum Altavillani ad novendam
Equitibus eorumque Subditis olim jurati hostes im-
memorato objectis aggeribus, rivo prædia Judicii Lin-
dauiensis malitiosè inundarint, cujusmodi damnis
Equites de Lindau graves querelas ad Comites
de Nassau fundi et feudi Dominos, detulerunt,
qui posteriores coram Archi Episcopis Mogun-
tinis pariter conquesti expostulatia contra Rhin-
gavos adhibendi et inimicitias publicas exer-
cendi potestatem usurpatam Equitibus
indulserunt, ultroque territorii Subditis, in
extraneo si capi possent, supplicio capitali
subinde affectis. Atque hæc cum Subditis Eques-
tribus et Moguntinis exercitu inimicitias
publicæ omnem unionis Parochialis præ-
tensæ suspicionem penitus everterunt, hæc
enim unio si fuisset, Rhingavis non tam
impunè licuisset Subditos Equestres exagi-
tare, Lindauienses autem mullo minus
simulatas ejusmodi et odia damnandæ
fovere, partisque reciprocis aperte prodere
præsumpsissent, cum à tuto Ecclesiæ Altvil-
lensis ausu tale prohibere novissent, et
quantus molus fuisset Parochus in Altvill

si

Et parochianis Suis in Vieder Wallus et Neudorf
à parochianis in Eltvill quietum prætenso Ma-
tricis ibidem aditum impediri vidisset, quàm gra-
ves ad Dnum Ordinarium querelas dedisset Sup-
plicando, ut hæ Simultates reciprocæ inter Pa-
rochianos Suos diversi temporalis territorii
Subditos gravi Censalio et Clementiæ Archi Epis-
copalis autoritate componerentur, ne Schisma
Parochiale oriretur, Parocho in Eltvill ma-
ximè noxia Juriumq Stolæ imminutione,
quæ immunitio illo ævo, ubi rarissimi vive-
rent homines, insignis et plusquàm dolenda
facilè visa fuisset, duabus in Neudorf et Vie-
der Wallus Communitatibus tandem semel
ipsas separare voluit, quarum tamen Domi-
ni Equites de Lindau ab ipso Reverendissimo
Archi Episcopo Moguntino quà Ordinario
Dilectionis Nassavicæ Subditos Suos à Parochia
Eltvillana separandi, et peculiarem Sibi
Ecclesiam Parochialem Parochiumq; cre-
ctibuendi licentiam petere et Supplicando
impetrare debuissent. Ad cujus
autem Ecclesiæ Sacra Vicariorum Neu-
dorf et Vieder Wallus tum incolas tandem
dilapsos esse Pars adversa confinget, an-
tequam pretensa ruralis Capella S:
Johannis Baptistæ Sacra ad Dignitatem

Ecclesiæ

Ecclesia parochialis exheretur, certè ad nullam prætensarum n. Dñ. trium vel quatuor tantùm in pago DRingau olim existentium Ecclesiarum parochialium tutò nedum commodè commeare potuerunt, vel igitur homines in Neudorf et Nieder-Wallus Barbarorum more sine Sacris aliquamdiu vixisse, parvulos eorum plures sine baptismo adultos sine Sacramentis decessisse vel violentè jam Separatos ad Ecclesiam remotiorem in dilione Nassavica velut aves erraticas confugisse necessum foret, cujus tamen rei prorsus nullum in omni retrò antiquitate vestigium investigari poterit.

Num VI Videantur Extracti ex Deductionibus Equitum Articuli præsertim 43. item 28. 29. Num VI

Falsum itaque est dictos Villanos Ecclesiæ in Eltrill olim unitos fuisse, falsum est Villanos eorumque olim Dominos territoriales, dictos Equites noviter, ut fingitur, erecto in fundo Lindaviensi Ecclesiæ parochialis patronos Laicos proprio Studio res suas Separatas habere cœpisse, mirum autem non est, Ecclesiam Collegiatam non ab omni quidem retro tempore ~~hactenus~~, sed à longiori Solùm Spatio hactenùs liberam permansisse ab omni prætenso onere Fabricæ Ecclesiæ et Domûs Parochialis in Nieder Wallus. Quandò enim Decimas in extraneo Judicii Lindaviensis territorio possidere cœpit, dicta illa Fabrica in bono S

et durabili adhuc Statu constitutæ procul dub
fuerant, vetustiora enim ædificia plerum=
que firmiori præ novioribus Compagine
consolidata sunt, ut illorum subinde muri
et fundamenta subjecto ærumnoque in cuni=
culis muratiis pulvere tormentario ægrè
non raro dissici et everti possint, frustrà
prius adhibitis ligonibus muratiis.

Ad hæc veteris ævi homines tam Clerici
quàm Laici angustiori et minùs splendida
suppellectile familiari contenti angustiores
paucarum Cellularum casas quieti inha=
bitabant, ampliorem cortis Domestico
ambitum, hortique adjacentis ornatum
aliásve ad ædium prioris ad finem dever=
gentis nostrique seculi commodiales veluti
superfluum superbæ vanitatis luxum
nauci pendentes. Antiquissimæ autem
Domui Parochiali in Niederwallusuelkà
rivum teste Adjuncto sub N. IV constiti=
tutæ contra incuriam Parochorum
negligentiam jamdiu et satis provisum
fuisse videtur illa antiquitus observatâ
Lege, qua Parochi nostri sicut nunc, ita
et olim conservando in reparatione neces=
saria Domui parochiali quinque quotannis
florenos impendere tenebantur, nec enim
novum Parochis onus imposuisse aut
imponere voluisse videtur, quandò rum

Dei

Decimatrice Collegiata jam dissidens nostra Com-
munitas Domum quamdam Parochis urgentibus,
Suis unius Sumtibus provisionaliter procuravit,
nisi Lex ejusmodi in antiquiori consuetudine
fundata jam tum constitisset; Hujus porrò
Domûs fabrica primo adhuc Solo solidata etiam-
num fortè persisteret, nisi omni talè vicinio illa-
tâ per Sueco vastitate suis magis magisque
sensim obtritis ruderibus denudata et funditus
excisa periisset, relictâ solâ Solius nominis
et Loci memoria, qui ut quamdam praberet
ulilitatem operâ rusticanâ Subactus in hortum
graminiferum commutatus est, teste Adjuncto
nostro Sub Nro IV

48 Caterum ostendat, si potest Adversarius vrigi-
nem competentiæ Parocho nostro ex Decimis
partim constitutæ, quæ in decem frumenti
Malteris et plaustro vini consistit. Nullum
certè pactum, nullam provisionem Ordi-
ordinarii aut Archi Episcopalis Vicariatus
in medium afferre poterit, qualem Cas
adversa edidit ratione Parochi in Kiederich,
nullam liberalitatem verè potest asserere,
aut si hanc pertinaciter tueri placeat, nostro
competentiam decimalem Parocho denegel,
si ausit, si libet amet, paradoxum Sucum-
ex Instrumento Sigefridano argumentum
promptè depromat, nisi risus et probrum

gru-

prudenter evitare malit, certus autem sit, vin-
„dicias non emansuras quas animosus Strudi
jam Stili Zelus liberis facilè consignabit.
Communitas interim nostra hîc et semper
protestatur Parochos nostros parvi Epis-
„copi in Elvill, ita Parochos pag. 501. Re-
„ferius vocat, Suffraganeos unquam fuisse,
quorum Ecclesiam et Parochianos ab Alta-
„villana ullatenùs unquam dependisse nemo
vel Sagacissimus antiquitatum indagator
acersitâ violenter umbrâ verisimilitu-
„dinis, ne dicam, illustri pretensæ veritatis
evidentiâ comprobabit. Quòd verò Com-
„munitas nostra nullam ullius oneris ab
Ecclesiâ Collegiatâ circa Parochiam in
Nieder Walluf præstiti probationem
attulerit, exinde non obscurè intelligitur
Decimas in Lindavienſi Ditionis Nas-
„sauica Judicio à Collegiata, jactato Fethu-
„rici et Sigefridi ævo, possideri ceptas non
esse, alioquî communitas priore jam sæculo
non ad Solam Consuetudinem in Archi Dioe-
„cesi Moguntina antiquitus obtinentem,
sed ad Similè factum Capituli certò pro-
„vocasset, sicut nunc oppidani in Everbach
provocare possunt. Ex eo certè, quodqui
Ecclesiæ alicui se Decimas dedisse, aut Servi-
„tutem aliquam jus Servitutis habenti præ-
„stî

præstitisse à longo tempore etiam verè et sincerè
nesciat, non sequitur illum à pendendis Eccesi-
æ aut archi Episcopo Decimis, à præstanda alii servi-
„tute immunem esse, sed probandus est immunitatis
aut exemtionis titulus certus, non suspectus, non
violentè ex Literis quibusdam extortus, sed ex-
„præssè declaratus.

49 Ad Num 24. à denegatis in Rhingavia Principi
tributis, Ecclesiæ Censibus et Decimis, quibus Mo-
„nasteriorum in Rhenogavia Directiones ex Lalo-
„mo adjicere potuisset, ad putatas Capitulæ sui
exagitationes mirum et manifestè injuriosum
sat transitum, Dum verbis conceptis ait: compressa
tunc quidem tumultuantium turba, sed ab illo
tamen tempore non desitisse vicorum in Charta
fundationis nostræ nominatorum incolæ onera,
quæ sibi incumbebant, Decimis nostris imponere,
mox importunis apud nos precibus, mox Laico-
„rum, qui Capellarum Harum patroni erant,
minis et viribus, mox falsis apud Zelosos
archi Episcopos Moguntinos narratis, mox
Laicorum Ministrorum Electoralium præpo-
„tentia. Prò quàm largo injuriarum et
impuræ purè virulentus adversarii Calamus
redundat? Quantum enim ad tumultum
in Rhingavia attinet, Communitati nostræ
Crimen Seditionis illius animo calumniandi
imponere velle videtur; Dum enim extra Stili
narratorii generalis Limites pro more non

pro-

progreditur, solum falsè et invidè criminandi consilium suscipere intelligitur, nostri enim Majores B. ante A. 1520. in Jurisdictionem Emmi Archi Episcopi et Principis Electoris Moguntini transeundi consilium non sus-
"cepere, proùt ex Adjuncto nostro Sub N^ro
Nro VII VII erui tur.

Conventio enim dicti modo anni die Sabbathi post Dominicam Lætare, Emmum Cardinalem et Principem Electorem Albertum inter et illustrissimam Domum Nassaviam inita est, Litem igitur Equites Lindavienses inter eorúmque in Neudorf et Nieder-Wal-
"lusf Subditos quoad Causam principalem primùm componendam esse necessum est, hos autem illo statim Anno Subditos Mogun-
"tinos evasisse incredibile est, ùm Jam brevi temporis Spatio nova in Fundo Mo-
"guntino Domicilia erigi et stabiliri ab omnibus non potuerint, hùnc igitur transitum seriùs et sensim evenisse verisimile est, tumultus autem Rhin-
"gavicus, teste C. Ch. Johannis in Rota i. ad textum Serarii incidit in Annum MDXXIV, vix trium autem tum qua-
"tuorve annorum Subditos in Societatem Seditionis ejusmodi venisse nonnisi gratis et injuriosè dicitur, quippe qui longo quatuordecim annorum Militio rum Equi-
tibus exercito defatigati et fame stabilibus

ad

Ad tale quid audendum necessariis exhausti quietem
potiùs quàm novas ejusmodi suisque periculosas
Capitibus et Familiis turbas amasse meritò pro-
„remuntur, ab ultrici Equitum Jurisdictione, invidiâ
odióque jam securi, et ab Emmo Archi Episcopo ob
rohesa in fundo Aloguntino domicilia in tu-
„telam recepti; Et si quod conspirationis hujus
tumultuariæ vestigium à quopiam Critico de-
„tegeretur, universa certè Communitas nostra, cujus
Capita quælibet Duplicis diversæ Jurisditionis
territorialis subditos esse notorium est, hujus
tumultûs rea verè arguì non posset, nec validus,
teste Joannis p. 830. acitus è Lotharingia
equitatus toti nostri oppidanos exarmâsse
videtur, quos nunnisi exanimes exarmare
secum potuit, nam Suecicæ Rex, teste G.Ch.
Joannis L.V. pag. 949. anhè, quàm urbi Alo-
„guntinæ Rheno transmisso obsidionem
admoveret, Rhingauiam putabat occupan-
dam. Misitergo, qui Wallosium, quod regioni
„ingressum aditu satis angusto claudit, expug-
„narunt, easque, quotquot obstitere, pro-
„pugnatoribus in Rhingauiam irruit. Hi
autem propugnatores non milites, igitur
oppidani fuerunt, Hæreticorum odio, religioni
studio ad resistendum animati & armati,
donec ferro hostili caderent exarmandi.

Iniquissimam Pars adversa injuriam infert,
dum gravem Communitati nostræ invidiam
conflare malevolè conatur, justas pro Ecclesiâ
nostrâ

nostra verò matrice ejusque rectore agendi rationem
veluti quasdam tumultûs Rhingavici reliquias
tot cavillis insedando. Si enim onera, quæ
ab Involis vicorum, à Laicis Ecclesiarum, quas
omnes nullo discrimine Capellas indignè vocat,
Patronis à Zelosis Archi Episcopis Moguntinis,
à Laicis illorum ministris, Ecclesiæ Suæ Dei-
„mis imposita injustè criminatur, omnium
indistinctè vicorum communibus incum-
„berent; rigorem legis igitur non sustinebo
illa universalis non obtinet, qua Decima-
„tores Archi Diœcesani non solùm Ecclesiæ
Chorum, sed Domum insuper Parochialem
exstruere tenentur, ut pium vel obligationem
respectu Ecclesiæ et Domûs Parochialis in
Eltville Pars adversa agnoscit, dum Paro-
„chô illi de sustentatione congruâ ab Archi-
„Episcopis Trethurico et Sigefrido provisum
esse fatetur, congruæ verò sustentationis no-
„mine Domûs Parochialis conservationem
complectitur, quam pariter obligationem
respectu Parochiæ in Erbach a. 1770.
et 71 agnoviße ex allegato superiùs facto
arguitur. Quantum ad Zelosos Archi-
„Episcopos Moguntinos attinet, hos ipsos
Calamo injuriosè appellare adversarius
non veretur, vel enim Zelus illorum justa
fuit vel injustus? Si justus, quid conqueritur?
Si injustus, quid Zelosos ironicè vocat? in
qui

quibus Zelum quendam importunum, temerè asserta nec, ut par erat probata precum et rerum illis narratorum falsitates immeritò persequitur, et rum injuria flagellat injuriosus narrator. Non enim Parti adversæ sufficerat involas vicarum, sed Patronos Ecclesiarum, non hos tantùm, sed ipsos pariter Emmos Archi Episcopos quà Dnos ordinarios horumque Ministros turbata Deimarum sine onere possessionis et violata quietis reos insimulare. Oblatarum autem Emmis Principibus Electoribus precum veritatem ex ipsis originalibus et gratiosè inscriptis ibidem Decretis inspicere si lubeat, gratiosè examinandam et perspiciendam Dnæ Commissioni Apostolicæ committimus.

Videri poterunt preces ejusmodi Actis originalibus de a. 1730 et 31. adjecta

Ex ipsis varia quidem precibus et inscriptis ibidem Decretis deprompi possent, ex quibus perspicacissima, justè provida subtilis et satis cauta procedendi ratio, quæ in Serenissimo Principe Francisco Ludovico singularis eminuit, deduci mereretur, nisi ab instituto principali nos justo remotius evagari inteligeremus.

50 Ad Num 45. miram adversarii insolentiam miramur, qua dudum extinctos in extinctis Equitibus radios fulminis Ecclesiastici Eminentiæ nostræ quasi redivivos afflare conatur. Quid enim hanc causam facit prolensa Equitum Exc-

Excommunicatio v. Adversarii scilicet multum interest necesse est, incongrua violentè semper aversere, quibus invidian aversionem, odium, hororem, ipsámque si posset, execrationem in Communitatem nostram detorquere, et violentam semper independentis Ecclesiæ nostræ Matricis, non ex humili ignobilis Capellæ ruralis Casula ad dignitatem parochialis elevatæ ejusque parochianorum cum acta villana unionem et indignam illustri nativæ libertatis jure subjugationem, aut, si canonicè loqui placeat, incorporationem exhorquere liceret. Protelata per sexaginta sex annos libis hujus exordia jam ab odiosis humanæ rusticani turbis, jam à importunis oppidanorum incursationibus, jam à nimio Patronorum Laicorum et viribus, jam à confinitis falsarum precum impostoris, jam à Zelo præcipitè archi Episcopsorum jam à Laica Ministrorum Electoralium prepotentia, jam ab excommunicatione Equitum huc loci non spectante alliùs repellantur. Adversarius nudè narrare amat, et errare semper deprehenditur sicut et in hoc, dum Equites de Lindau simul Dominos temporales partis villæ Wallus fuisse asserit, non autem probat. Si enim partis villæ tantùm Domini temporales fuerunt. Lui evenit, ut omnes et singuli Communitatis oppidani Equitum successoribus in feudo Vassalico

Illu-

Illustrissimis Dd. Comitibus de Leyen Gallinam Bacchanalem perinde, ac Lindavienses olim, Leyenses hodiè subditi, antiquo more quot annis pendere jubeantur Aloguntini jam subditi quo onerosa prioris Dominii temporalis recognitio annua per Majores hactenus in posteros ordinatim traducta soli familiæ illi ex antiquissima observantia remittitur, cujus Malier eo tempore puerpera esse intelligitur, quod et apud subditos Leyenses observatur, vel igitur planè nulli vel vix pauculi quidam villani in fundo Aloguntino nostri nunc oppidi loco civium Wallus primitus habitarunt, quorum tamen villulæ, sique fuerunt, nullo cum prioribus ~~vestigio~~ ultrà vivum Domiciliis nexu cohærebant. Excisse autem facilè conjicitur, ut eo tempore, quo Gerlacus Najsaricus Sedi Aloguntinæ datus est Præsul Lingadorio quidam fortè vel etiam aduenæ ex Judicio Lindaviensi Colони connivantibus Equitibus in Ditione Electorali considerent, qui fortè adhuc incultos ibidem fundos ab Alta villa remotiores nacmerent, eóque commodius opere rustico subigerent. Ex quibus jam fundis noralibus in Culturam redactis ultpote intra limites prediales Alta villanorum silis Decimas Collegiata ex Instrumento Sigefridano citra dubium prælendit, atque

per=

percepit. Horum autem Villanorum Villulo veluti totidem nova jam Wallufii inferioris appendices nomen formámque unius oppidi retulerunt, licèt suis distincta terminis territoria semper manserint, subditis Lindavviensibus Jurisdictionem equestrem, Moguntinis Electoralem agnoscentibus. Inde per se intelligitur, quâ occasione Gerlacus primam ubriusque Wallufii distinctionem à situ desumtam adhibuerit, dum ortam inter Capitulum S. Petri et Conradum Rectorem seu Plebanum Ecclesiæ parochialis in Elvill dissensionem de quibusdam novalium Decimis per Delegatum compositurus Parochum ejusque Successores in tertia parte Decimarum minutarum in villis Hattenheim Erbach, Kiderich, Rauenthal, Rode, Wallus inferiore et Superiore nec non in Steinheim singulis annis recipiendarum Mare vententes jussit, Archi Episcopus tamen potissimam nostri Wallufii partem à subditis equestribus habitatam non designavit, alioquin expressam Judicii Lindaviensis pariterque Loci Neudorf mentionem certò facturus fuisset, Gerlaco siquidem Equestris in Nieder Wallus Jurisdictionis temporalis diversitas ignota esse non poterat, Locum autem Nieder-Wallus quatenus

Jurisdictioni equestri subeat, non designari facile,
vel ipse ordo quem in vicis nominatim expri-
„mendis dictus Princeps Elector servavit, Paro-
„cho enim Altavillano tertiam Decimarum mi-
„nutarum partem assignans intra ditionem Le
Suam continet, ex ultimo enim distrietus Pa-
„rochialis in Eltvill angulo Hattenheim Er-
„bacum, inde Hedericum ascendit, hoc ope pido sil-
„vatico in asperam Vallem, Rode, Wallufium
inferius descendit, Nassaviam Judicii Lindavi-
„ensis ditionem omninò praetergredions, deinde
ad Wallufium superius et Villam Steinheim
quasi per colliculos ascendens regreditur, nec
syllabulam de loco Neudorf memorat, ex
quo aperte conficitur, Decimas in Judicio Lin-
„davicensi ab Ecclesia Collegiata A. 1363.
nec dum occupatas fuisse; Licet enim Archi-
„Episcopus Decimas omnes à Collegiata
tum possessas simpliciter indicare noluerit,
tàm tamen pars adversa Decimas in Judicio
Lindaviensi à jactato Trethuricii et Sige-
„fridi avo à se jam possessas fuisse, et ad
Ecclesiam in Eltvill antiquitus pertinuisse
contendat, Princeps Elector autem tertiam
Decimarum minutarum infrà Limites aut parochiales
Ecclesiæ in Eltvill, ut adversarius aliàs lo-
quitur

loquitur, excrescentium partem Parocho Eltvil-
„lensi adjudicarit, vel illi tertia Decimarum
minutarum in Neudorf et Nieder-Wallus
intra Subfeudatum Judicii Lindaviensis terri-
„torium Collegiatæ nunc obvenientium Deci-
„marum pars pariter assignanda vel exceptio
expressa necessariò facienda fuerat, quod cum
factum non sit, evidens fit et perspicuum,
ne decimo tertio quidem, multò minùs nono
seculo à Collegiata præceptas fuisse Decimas
in Nassavica Judicii Lindaviensis ditione.
Manifestò itaque falsum deprehenditur, Ju-
„dicii Lindaviensis Decimas in Neudorf
et Nieder-Wallus ad Ecclesiam in Eltvill
antiquitus pertinuisse, falsum est illas à
Trethurico Archi Episcopo Collegiatæ
seculo nono donatas esse, falsum est, illis
nullum aliud onus, quàm Parochum in
Eltvill congruè sustentandi impositum
fuisse, falsum est easdem a. 1363. à Collegiata
jam possessas fuisse, falsum pariter est Pa-
„rochum in Eltvill ex his ipsis decimis quà
talibus utilitatis quidquam capere.

51 Fictus igitur donativus titulus ex libris
Sigefridanis frustra repetitur, falsò elicitur.
Hac ratione per Gerlacum quasi conciliá-
„ta equestres in Neudorf et Nieder-Wallus
subditos inter et Rhingavos amicitia vicini-
„tatis, utriusque territorii subditi quiet o

inter

inter se commercio utebantur. Cùm verò sub finem
seculi XIV. vel initium XV. plures Equitum
subditi Rhingavicæ Civium albo, quo fine non
constat, sese inscribi fecerunt, id Jurisditioni
suæ derogare sentientes Equites de Lindau eger-
rimè tulerunt, et pro viribus prohibere tentabant,
homines suos ab extranea potestate non depen-
dere volentes. Has Equitum inhibitiones publicæ
Rhingavorum inimicitias, offensiones mutuas,
variâ defensionis apparatus objectis ditioni
equestri aggeribus et munimentis, et turbulen-
tissimi motus consecuti sunt, Rhingavi
enim Cives pro se deteriorem Subditorum
Lindaviensium Conditionem reputantes om-
nes arripuerunt occasiones, extraneos sibi
Equites eorumque Subditos exagitandi, Di-
rum Walthasi, Waldosi, Wallosi, aut Wallaus
et Wallus varia vocis inflexione dictum
malitiosè non cessò exulcerare fecerunt, ut
subditi Lindaviensis prædia latè inunda-
rentur, maximo Subditorum Equestrium
incommodo et rei agrariæ damno, unde ea
animorum exacerbatio, mentium exulcera-
tio crudescere cœpit, ut mutuis inter se
parvis quibusdam bellis colliserint Lindaviensis
et Rhingavi, siquem alterius territorii
subditum sibi intra limites deprehenderent
secum captivum abriperent, carceribus in-

jaune

impunè manciparent, verberibus fame et inedia affligerent, infamibus castigarent Supplicijs, imò Subinde Capitalibus afficerent.

Ad hæc tandem accessit orta Equites inter et Subditos contentio, quæ Servido æstu agitata et multò Brepita per annos quatuordecim ab Ao 1306. usque 1320. variis Sumtibus et nullo utrinque in Neudorf et Niederthalhus Communitatis Commodo exercita, et finaliter ita decisa est, ut ne hilum contra Equites amba profiterent, Salvis manentibus equestris ultra citrum Jurisdictionis juribus et erectarum noviter tabularum declaratione in perpetuam posteritatis memoriam Stabilitis. quo finali libris eventu territi Subditi Equestres, ùm in ordinem Se Se redigendos et arctiùs habendos malè ominantes de fundo Nassavico emigrandi consilium arripiunt, et facto rivi transitu in Ditione Moguntina considere coeperunt Sensim Stabilitis ibidem novis Domiciliis in Tuticam Electoralem recepti et Rhingavio civibus adscripti, quibus id post transitum oneris ex parte quodam inter Sedem Moguntinam Dominumque Nassavicam probabilissimè initio imposi-tum per Se intelligitur, ut Gallinam Bacchanalem Equitibus de Lindau eorumque in feudo Successoribus olim

Ba

Baronibus, nunc Comitibus de Leyen quot annis pendentes priorem Jurisdictionem Temporalem Nassavico-Lindaviensem in hunc usque diem recognoscere debeant. Nostri autem Majores suo circa A. 1575. vel 74. in Moguntinam Ditionem transitu id unum profecerunt, ut novos fundos adhuc excolendos et Silvæ Rhingaviæ partem Clementissimi Principis Electoris inductu sibi assignatam obtinerent Rhingaviæ civibus noviter adscripti, qui fundi prædiales et Silvaticei ab iis, qui Altavillanorum etiamnum sunt, eo præsertim tempore, primum erectis monumentis limitaneis separati fuerunt, hinc et Census prædiorum novalium à majoribus nostris exactorum Principi Electori pendendi Altavillam deportantur Jurisdictione Equitum, hodiè Comitum de Leyen tam civili, quàm criminali penitus extincta.

Videantur excerpti ex Deductionibus Equitum Articuli sub Num VI

57. Ceterum an Equites circa tempus belli rustici cani, quod non in A. 1524. sed 1525. teste Joannis Trithem. Decimis Collegiatæ à Friderico donatis, à Sigefrido confirmatis inhiarit, ne hilum pro intento suo probare potest Pars adversa, tum eo tempore ad

ad Literas emtionis expressum provocarit
uti jam Superiùs adnotavimus.
Quòd autem adversarius vocatus in
testimonium Actis coram Judice Ec-
clesiastico Moguntino comparere
nolentes, ùt narratur, Equites, Lutheri
principiis jam tunc imbutos fuisse
criminetur, notoriam Equestri familiæ
injuriam impingit. Equites enim fu-
gitivorum, quos retrahere impotentes non
poterant, subditorum jacturam dolentes
tadiis et mœroribus consulti Ecclesiæ
Lindaviensi Decimas in foro Ecclesias-
tico vindicare non præcisè nolebant
sed suis rem Ecclesiæ sumptibus gerere
dedignabantur ineuriis jam illius Patro-
ni demum mira exhibiti in Camera
Spirensi ab Equitibus libelli articulati for-
ma satis aperte prodit causam equestrem
pro Ecclesia pijssimè instructam fuisse.

53 Porrò hù tanquam confessatum judicia-
le principalis nostra salubriter ample-
ditur, quod pars adversa veritatem hu-
jus articuli Equestris agnoscat.

Quod villæ Nieder-Wallisf adjacat Eccle-
sia parochialis S. Johannis, quòd hæc
Ecclesia sita sit in territorio vel dis-
tricta Equitum de Lindau, quòd hi

Equi-

Equites sint à tempore immemoriali Patroni hujus parochialis Ecclesiæ. Ex quibus, si, quod adversarius concedit, nunusque omnia verè ab Equitibus exposita sunt, sic arguitur. Si olim Villa Nieder-Walluff adjacuerit Ecclesia parochialis S. Johannis ob sita sit in territorio vel districtu Equitum de Lindau, ergò illi Ecclesiæ olim proxius fuit Wallufium hodiè profectò Strictè loquendo non adjacet, quod oculo Judice improbatur, Ecclesia autem non recepit longiùs, mutatis igitur Domiciliis oppidanos ab Ecclesia recessisse necessum est. At unde et quò recesserunt? Non aliunde quàm ex fundo Nassavico utpote ditioni Moguntinæ transrivum Walluf proximo. En avibi transitûs vestigia, quæ Adversarius debere non potuit. Improprie autem de antiquo antiquæ Ecclesiæ nostrique nunc oppidi situ loqui velle negatorium est, nam Parochiæ olim in recentioribus Juris Canonici editionibus Parœciæ, Parochiani verò parœci, si Strictè si latiùs loquamur, Parœciani vocantur.

Vid totus Titulus XXIX. Lib. III. Decretalium. Quam lectionem suo jam tempore desiderat Serarius Lib. 3. pag. 500.

Pa-

Parœci autem, græcè παροικοι, latinis sunt accolæ, ita ut, qui templum aliquod accolunt, circum illud habitant, ad illud pertinent, ejusdem que vicinia sunt, parœci omnes appellentur; Pa-
„rœcia itaque

Teste Zoëga ad L. S. Decr. Tit. 29.
designat loci Ecclesiam, quam quisque sortitur ratione domicilii.

Parœciani verò græcè παροικιανοι, cùm vox hæc à Parœcus παροικος derivetur, ii sunt, qui quidem Ecclesiæ alicui non adhabitant, illique vicini non sunt, adeam tamen pertinent, et cum parœcis seu vicinis Ecclesiæ, sacris communibus utuntur, à Paracho parœcorum Ecclesiæ, sacra-
„menta recipientes, ejus generis Paro-
„chianos hodiè filiales appellamus.
Ulterius procedatur. Villa Nieder Wallus A. 1322. adjacuit Ecclesiæ parochialis S. Joannis in territorio Lindavien-
si tum et nunc sita, ergò Wallusienses illius parœci seu vicini fuerunt, alios certè parœcos habere non potuit, proindè, nobis jam trecentos passus et amplius ab illa distantibus, arctiorem vicinia-
tum fuisse necesse est. Certè videretur, quæ

ad

qui ad tantam ab aliquo Distantiam habitans illius vicinum se diceret.

Ex agnita Equestris articuli veritate infer[tur], 2.) si Equites dicti ~~supra Sculi~~ ~~ante annum 1772~~ ~~à tem~~ à tempore immemoriali verè Patroni parochialis Ecclesiæ in Vieder-Wallus fuerunt, ergò et ipsam à tempore immemoriali parochialem fuisse necessum est; nam inconcipibile est Equites à tempore immemoriali parochialis Ecclesiæ patronos esse potuisse, nisi à tempore immemoriali et ipsa parochialis fuerit. Ecclesia verò cùm ex confesso adversarii jam à temporali immemoriali in articulo Equitum parochialis verè dicatur, pona[tur] interim tempus hoc immemoriale centum annorum spatio definiri, ergò Ecclesiam in Vieder-Wallus jam anno 1472. parochialis dignitate innatam fuisse necessariò sequitur, si ita est, falsissimum itaque cognoscitur, quod adversarius Nro 8vo ubi ait posuit Ecclesiam eandem ~~negat~~ à tribus circiter Seculis in parochialem fuisse transformatam, cùm sit ex confesso adversarii pro erigenda Ecclesia nostra vetustate emergant anni 343, Adversarius tamen per voces illas: à tribus circiter Seculis, ne tertium quidem Seculum concedit, quo Ecclesia nostra parochialis Symbola Baptisterion et Cemeterium

pro

proprium consenta sit ac gesserit, quæ phra-
sis n. 20. Scripturæ adversæ vnurrit.
Verùm ad evincendum pro Stabilienda
alicujus Ecclesiæ parochialitate ac in de-
pendentia tempus immemoriale centum
annos non sufficere vel ex eo intelligitur,
quòd pars adversa suas ideò Decimas ab
onere fabricas Ecclesiæ & Domus pasto-
ralis in Wallus exstruendi & reparandi
immunes esse contendat, quia Decimæ
Lindavienses ad Ecclesiam in Eltvill
Wallusienses verò tanquam prælensos
illius Parochianos ad illam antiquitus
pertinuisse nudè & inaniter asserit, dum
igitur tanquam verum concedatur Equi-
tem à tempore immemoriali parochialis in
Wallus Ecclesiæ patronos, consequenter
eligozam jam A. d. 1522. à tempore im-
memoriali parochialem fuisse, adversa-
rius faleri cogitur, illam parochialem
ante fuisse, quàm Collegiata Decimas
in subfeudato Judicii Lindavienſis terri-
torio excrescentes quocunque titulo pos-
sidere ac percipere coeperit, quas ne-
quidem tempore Gerlaci, ut suprà osten-
sum, multò minùs jactato Friderici
et Sigefridi avo in suis Rabebat rediti-
bus

„bus. Fateatur itaque Adversarius ingenuè se originem Ecclesiæ Parochialis in Wallus nescire, fateatur se errâsse, scribendo, illam à tribus circiter Sæculis in parochialem transformatam fuisse, fatetatur ingenuè prætensam Wallusiensium ab Actavillana Separationem propriam præsertim à se confictam esse eo fine, ut nativam ejus libertatem tantò securiùs detriumphare posset ac opprimere fictam Separationem vel dismembrationem veluti nullo modo canonicis causis necessariam inutiliter impugnando.

Quantum ad prætensam additionem falsam Equidem attinet:

54. Quod Decimæ Locorum Nieder-Wallus et Neudorf ad eandem Ecclesiam S. Joannis pertineant, et quòd easdem Decimas retinuerint justa de Causa reparandæ proditæ Ecclesiæ, quodque ex iisdem Decimis reparanda sit.

Opponitur 1.) Decimæ ad eam Ecclesiam pertinere vulgò dicuntur, infrà cujus fines excrescunt, Decimæ autem Lindarienses infrà fines Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ à tempore immemoriali parochialis excrescunt, nur ergò ad eam pertinere falsò dicantur, annon Ecclesia semper libera, in separato territorio ab extraneis omnibus

Se

separata, nullo antiquæ filialitatis nexu alteri obstricta, fundatum pro se habet intentionem Decimarum, quas infra suos excrescere terminos parochialis excrescere novimus.

Vid Zoës Comment. in l. 3. Decretal. Tit: 30. Cap. 3. n. 37.

Cujus verba apponimus integraliter: Explorati juris est, Ecclesiæ deberi decimas, ad sustentandas personas divino cultui destinatas. Et quidem de jure communi quilibet tenetur Ecclesiæ Parochiali, in qua Missas audit, Sacramenta percipit, persolvere: Debentur enim ratione ministerii Spiritualis in sustentationem, ita dictus auctor ex citato C. ad apostolicæ n. o. tit. 30.

Prædiales, pergit Auctor, illi cedunt, sub qua sunt sita prædia idque jure communi, citato alio

C. cum contingat n. 9. d. 30. h. t.

Ex Ecclesiæ institutione, quæ cuique Parochiæ Decimas prædiorum ibi sitorum attribuit.

Hucusque Zoës qui num. 39. tandem subjungit: patet ad solos habentes animarum curam pertinere Decimas jure communi: quales sunt Episcopi et post eos Parochi locorum qui

qui propriè Spiritualia administrant.

Jam verò Collegiatæ adversæ Patronus nō3[illegible] paletur Principalem Suam nec habitualem in Wallis Parochi viribus fungi, ergò Decimas, quas ex prædiis Lindaviensibus in Nieder Wallis et Neudorf percipit, ad Ecclesiam S. Johannis pertinere non falsò additum est; certè prætensa tunc Emtio, nunc donatio nullum in Literis authentiis fundamentum habent. Sed quidquid de hoc sit, hujus loci non esse per se videtur; de onere enim Decimarum solus hic est sermo.

55 Tolerari non potest, quòd Adversarius rei judicatæ auctoritatem nro 26. obtrudere velit, ajens, causa cognita 7 die 17. Junij 1530. prodiisse Sententiam Imperialis Cameræ. In quo enim consistit prætensa causæ Cognitio? an in eo, quòd Decimæ ab omni Fabricas parochiales reparandi onere immunes Declaratæ sint, minimè: hujusmodi certè cognitio solius est fori Ecclesiastici, qualem Camera Imperialis veluti tribunal Civile suscipere neutiquam potuit. Ad quid igitur hæc Sententia prohibit, ad id unum, quòd attentâ Decimarum nudâ possessione, nec curato illarum titulo Equitibus non fuerit plena facultas auctoritate propriâ eam sibi potestatem arrogandi, ut Decimas quamcunque de causa Collegiatæ subtractas detinerent, prout jam superiùs nro 41 advertimus, quæ ibi dicta huc referimus.

Sæpe

Falsò autem allegatur
Gailius Observat. Cameral. L. 1. Obs. 18.

Nec enim vel verbulum de materia Decimarum ibi occurrit. Falsum pariter est, Ecclesiam Collegiatam in possessione earundem decimarum ab omni connexione cum Ecclesia praedicta S. Johannis, et ab omni onere fabricae liberarum extitisse . . . et alta manu tentam quàm solennissimè fuisse.

Quis enim Chorum Ecclesiae nostrae A. 1731. exstruxerit, vel ipsa inscriptio Chorographia satis distincte exhibet Characteribus. Pro 2°. rursùs aquè falsa occurrit allegatio, acquievisse Imperiali Sententiae incolas in Nieder-Wallus per annos quadraginta, nec enim subditos communem cum Equitibus litem Collegiatae de decimis intendisse adversarius vel hinc probare potest. Ex pretenso certè Mandato Imperiali executivo nihil Decimarum aut Sumtuum litis ab involis restitutum jactare potest adversarius.
At verò Equites de Lindau praedia propria in pluribus agris et vineis consistentia habuerint, quorum à Decimis immunitatem circa A. 1570. protendisse protenduntur, ac rursus causa recidisse dicuntur, nulla deprehendimus vestigia, et ineptissima huc transfertur narratio

narratio, cum Rugius loci non sit talia memorare
nullam quippe cum causa nostra connexionem
habentia. Falsum verò quoque est. Quòd ~~vicini~~
incolæ in Nieder-Wallus Patronos Ecclesiæ suæ
suspectos decimarum alienatores adierint ac iterato
institerint, ut Ecclesiam patronalem et ad eam
spectantem Domum Parochi nunquam Capellani
repararent; Talem enim Equitibus obligationem
jam A. 1506. non agnoverunt.
Hæc falsitas patet ex Articulo 39. et 43. deductio-
"nem, quas illis Equitum Wallusienses et Neudor-
"fini opposuerunt. Prior autem sic habet
Articulus equestris 39.

Zum xxxix Artickl, dann sprych und gebt
wir vor ein ygliche Gemeinschaft, sorgen
Almosen, die Pfarrherrn vormals Pfarren &
Lehen genutzt zu ihrer Pfar gott, wollen
jenn Abgindern, das inen zu Abtragung der
nit zustat, dan wiwol sie in der Pfar Collo-
"cation nötigen sein, so haben sie doch mit
dem Canon der einigen ihre Pfarr nicht
zu thun, sunder gehören auf den Herrn Prelat
geler Visit ~~bey~~ E. F. G. stat Mainz gelegen.
Posterior 43. sic habet.

Articulus equestris 43.
Der xliij artickl spricht die Gemeinden
zu

zu Wallhoff und Brünnendorff nichts wen-
ger unbünnt dem Gemeinen zu Fund gehen
abgerundet zu Stammenbuchen

Falsum itaque est involas Wallusii apud
Patronos institisse, ut hi suis Ecclesiam domum-
que parochialem sumtibus repararent, eo Se. con-
silio, ut onus hoc à se amolirentur oppidani, quod
nec sibi, nec Equitibus incumbere in citatis
supra articulis equestribus et suis oppositis
jam pridem agnoscebant. Ed Communitas
nostra prioris cum Equitibus litigii sumtibus
exhausta Patronum Ecclesiæ Philippum de
Lindau de procuranda Ecclesiæ Domusque
parochialis reparatione sollicitavit, eo Consi-
lio et fine, ut rem vel Capitulo proponeret,
vel cum Communitate ad urgendam proclivia-
liter construtionem aut reparationem con-
curreret, suppeditatis, siquæ fortè adhuc ha-
beret, documentis, ex quibus hæc evidenter
constaret, redactos enim ad inopiam Patronos,
qui ex ubilitatibus Ecclesiæ nihil amplius
percepserunt, ad onus ejusmodi adstringere
velle vanum fuisset.

Recte quidem adiverant Patronum Ecclesiæ
suæ ab immemoriali tempore Parochialis
ex allegatis superius causis, non autem
illum ideo adiverunt, quasi parochiales
ædes

illæ ædes aliud nihil fuissent quàm Domus Capellanio falsum enim est, et probat adversarius, Equites de Lindau Ecclesiæ ab immemoriali tempore parochialis patronos falsò et mendaciter pretenso Capellaniæ Domum exstruxisse; Jus enim patronatus Laici ad Equites cum feudo in Curte Nassavica transivit. Nec malè hoc onus abjecit Eques de Lindau Patronus, quem Adversarius ex contentu Domicellum simpliciter vocat. Reverendissimum certè Capitulum Metropolitanum non simplicem et calvæ, ut ajunt nobilitatis Domicellum illustrissimo Collegio suo adoptat, adoptavit autem ex hac familiâ equestri duos Henricum et Johannem de Lindau, quorum prior Canonicus sub an. 1401. teste Humbrachtum in tab. genealog. 286. posterior Majoris et S. Victoris Canonicus, Cantor Ecc. Colleg. D. Johannis fuerat a. 1448. 3. Idus Julii mortuus.

Ex quorum Ecclesiæ Metropolitanæ Canonicorum spectata jam seculo XIV. illustrium natalium gloriâ vetustissimum avitæ horum Equitum nobilitatis decus æstimare licet. Optimè autem et justissimè eques sibi non incumbens onus in Deimatricem Collegiatam rejecit. Qui enim ex fructibus Ecclesiæ utilitatem capit, damna collapsæ reparare tenetur, et

et quidquid olim respondent Capitulum S. Petri,
vel perpetuata suspectum fit.
„vel Ingenua est veritas, quod nobis videtur,
manifestissimum est indicium Decimas Lindavienses, abeo haud ita pridem percipi solitas
esse, quas ne quidem tempore Gerlaci Archi-
„Episcopi, multò minùs autem pretenso Pre-
sthutici et Sigefridi Archi Episcoporum avo, do-
„nationis titulo possidere coeperat, et A. 1522.
consilio pariter titulo emtionis ad se perve-
„nisse jactaverat. Utinam autem in salutis me-
„lioribus dedisset Deus, ut ad collegiatam nihil
attineret tot dirè exagitata Calamitatibus
Ecclesia S. Johannis in Nieder-Wallus sive
Sacerdos illam administrans sive Domus,
quam illi in fundo proprio inhabitandam
pius quicunque dotator Ecclesiæ parochiali
sibi primitus assignavit, ultima Decima
in statu primævo mansisset, non tot tam gra-
ves pro dolor frivolè prorsus causatos
litis ultra dimidium seculi studiosè pro-
„tracta sumtus Communitas nostra con-
„queri posset, neque noviter erectam in Neu-
„dorf Ecclesiam nostræ filialem in preju-
„dicium proprio et veræ matrici alienæ
et extraneæ in Altvill Ecclesiæ, cui nullo
illa servitutis jure obligata est subjicien-
„di occasio, arripi potuisset.

Quo

57 Quæ tandem adversarius de falso pretensa et
nudè narrata Wallusianorum Separatione ab
Ecclesia parochiali in Eltvill, sine Consensu Ca-
pituli sui iterato recoquit, odiosam insipidam
cramben redolent. Narrare vulgi, probare
autem Sapientis supra vulgus historici est Cha-
racter. Si adversarius Decimas in agris con-
terminis Vici Wallusi, iis nimirum, qui in
fundo Electorali sunt, vi fundationis originarie
ad Ecclesiam in Eltvill pertinere vel hinc, transmit-
timus, sin autem Lindavienses ultra rivum
Wallusi designet, falsum est ex deductis. Absurdus
et insulsus est Adversarii jocus, quòd Ecclesiæ Pa-
tronos Equites de Lindau adire, acum his
de separanda Domo Parochiali agere Commu-
nitatem nostram jubeat, qui si adhuc viverent
et Decimas vi suo Judicio percipierent, quas
non jactato nunc donationis olim emtionis
titulo Collegiata percipit, illos invonsueto
Adversario adiisset jam dudum Communitas
et petitam Ecclesiæ Catholicæ domúsque
pastoralis exstructionem à Protestantibus
etiam forte adhuc dum Equitibus vel sine
cibe jam pridem obliviscet, vel certè illam
minoribus quàm nunc sumtibus in quocunque
Judicio evinciset.

Certè Philippus de Lindau Eques adhuc Ca-

Catholicus non adeò iniquus fuisset futurus, ut, si decimarum possessor fuisset, ecclesiae avi injuria fabricas restituere, et ex fundo erigere reluctaretur; Prodit hoc ipsa viri Equestris ingenua declaratio Rectori et Scabinis Die 8va Novembris A. 1576. facta, quae in Libris ad Capitulum anno dicto datis à Communitate refertur in verbis.

"Vnnd ist nun jetzbesagten Ehrn gemeinen, wie dann jetz für Ostern kommt, nun gar nichts thun dann Ostern in Romum, nun wüsste nun nichts darin zu bauen, dann es jetz in allen orten brünstig, vorigen dann jetzunden in Romum soben, warum es nun jetzbig in Ostreich in gutrin beizugelaste.

Quo autem Consilio Communitas Ecclesiae Patronum Equitem adiverit patet ex sequentibus.

Weil die Jundtzen sich lenz und verbotten nun vollen von dem Ungern und Erzpitbl S. Ostern, sindt sie jetzunderlichen inimmy jetzunden, bitten und ersuchen, das sie E. W. dem Ostrogoth ein jüglichen lassen wollen p.

Quae sanè oblata ab Equitibus opera

in

in perscribendis literis officiosis et interpellando amicè Capitulo, ut curiam pastoralem perlustrari faciat in nulla re alia fundari poterat, quàm in expositis ruinoso ædium statu, et dolenda rei divinæ per medium jam annum ferè antè interruptione, cui occasionem dederat ultimi tum Parochi discessus à necessitate imperatus, ex quod in ruinosis ædibus illis vitæ securus nemo subsistere posset. Evidenter itaque apparet jam dum summam reconstructionis necessitatem fuisse, pro qua reconstructione maturandâ Communitas tum per Equitem de Lindau tum per ipsam Capitulum interpellavit, rei divinæ apud se statum optimè significans in verbis:

Dann wir dann schon seit geraumer Zeit Herrn Landvogt Freyherrn von Lindau, dann Herrn Landschreiber, wie auch Herrn Pfarrer Dr. Wälscher ersucht haben, damit dann einmal zur Sprache gebracht, und Ihnen bekannt gemacht werde, daß die Pfarrwohnung baufällig ist, haben wir nun vernommen, daß

Qui omnes priùs habiti Parochi, de quibus hîc sermo est, ob periculum, quod ab inclinata in ruinas, curia pastorali imminebat, quamcunque sibi oblatam ad alienas Parochias, transeundo occasionem maturè arripuerunt, vel etiam non exspectatâ meliori ædium suarum

Lage

facie pastoralem in Wallus uram dimiserunt, suam alibi Sortem experturi, ubi illis vitae Suae Securis transmotari liceret, eáque ipsa de Causa Communitas neminem, qui periculosum pastorale munus in se Susciperet, facilè nanciscipotuisse evidenter videtur ex verbis immediatè Subjunctis:

Und wann sie dem Ostermayr bey sich behalten entwollen sie sind, so Carten sich doch niemand darein ansprechen, so lang dann sie, die Ostermayr wonen zum mündtlichen verkauf gebraucht werden, wann dergleichen ... &c. es ihnen schon und gönnen, dass wir uns gnedigen darinnen Rathsind dem Unsers selben Ostermayr Commun &c.

Quibus relatis tandem petitum finale adnectitur de Curia pastorali perlustranda, expressa petiti Causa & motivo in verbis: Vermit uns Ostermayr, dass wir dannen in gutten Loco bestellt werden und wir nachfolgends dasselbe einen Ostermayr mögten Communen, dass wir nit allein die Monte gelten zu gutten bekommen, sondern Sindemahl auch der gnedigen Herr

---

Communitatem in diesen zu freiheit
Zeiten.

Ad extremum verò Communitas imprudentis causam supplicationis, quam Simplicitas avi suggessit, his verbis minarum et reverentiæ plenis exspressit: Damit wir für Abbrunds und Ungrundes Holz selbst nicht müssten unsern gnädigsten Churfl. und Herren Lehen erlangen, verlehnt wir Ihnen selbe nicht wollen.

Ex his profectò minis Pars adversa satis, opinor, capere poterit, quòd Communitas avita Majorum traditioni insistens absolutam et Stritam obligationem indicârit, qua Collegiata Chorum Ecclesiæ ab immemoriali tempore parochialis Domúmque pastoralem Parochi sui in Nieder Wallus construere teneatur, quam obligationem priori jam seculo dissidentes ab Equitibus de Lindau Neudorfini et Wallasiensis Capitulo agnovisse ex allegatis n. 56. Articulis cognoscuntur in verbis:

Dann wir und Ihr. H. Ihro Herr Lindauer
dan Ihro Herr Collatorn und wegen seien,
so haben sie doch mit dem Corpus der
Kirchen und Kosts nichts zu thun,
sondern erbauen den Herrn Pfarrer
Ihre Hoch E.F.G. stadt Mauntz ophengen.

Item

Nunquam igitur obligationem et onus Chori re-
parandi domusque parochialis construendæ Equi-
tibus incumbere agnovit Communitas, proinde
nec illos de subeundo hoc onere inter pellässe
creditur.

Num VIII Vid. Adjunctum nostrum sub Nro VII.

38 Nro sibi 29. Vanum de Communitate nostra
triumphum celebrat et crepat adversarius, dum
tres potissimùm ex ejs articulos excerpit, quibus
Communitatis nostræ jugulum pacti falso sibi
persuadet, nam

1.) ex accepto ad Supplicam suam responso
Capituli se aliquatenus intellexisse ajunt
Prætores et Scabini, quòd ad fabricas parochia-
les quidquam se unquam contribuisse Capitu-
lum non meminerit. At nec cum meminisse
aut allegare potuit, quidquam ab Equitibus
vel Communitate ad fabricas parochiales
unquam contributum fuisse, alioquì certò
allegässet, ùm à jactato nunc Friderici et
Sigefridi Præsulum ævo Decimas in Judicio
Lindavienſi percipiens factam à quocunque
contributionem ignorare potuisse aut
utique non observässe non videatur, quod
mercenariam Parochorum vonductionem
in Schedulis privatis tam sollicitè adno-
tavit. Exponsum igitur Capituli
veritate ingenuâ nixum ese ultro am-
plectamur, quid autem exinde eruitur? ergo

non

non teneatur contributionem ejusmodi prestare, vi di-
cula planè sequelam in hoc prorsus simili videre
licet.

Qui habet jus servitutis v. g: de ligno immittendo,
vicino non nemore jus ejusdemodi per aliquem
hominis longissimam exercitum esse num inde con-
ficitur jus ejusmodi vicino non competere? Nullita-
tem illati penitus excutere juvat. Non meminit
aliquis ex prædiis ad ℔ spectantibus Decimas ultrà
longissimam hominis etatem Episcopo aut Ecclesiæ
pensas fuisse, ergò nec illas solenni pendere tenetur.
Ineptias ejusmodi quis tolleret? Justo reverentior
et simpliciter scrupulosa communitas id incog-
nitum sibi esse respondet, sine dubio ingenuè
satis et candidè: Cautius itaque et modestius
agit cum Capitulo, et postquam periculosis
sum et Caldmilusio temporibus Parocho
carere se non posse expostulasset, de dissoluta
eadem Parochialium compage querelam
communem esse affirmat in verbis: Illum
non corpus unum, unum sollum et sanctæ
fidei jubemur professores Gal.

59 Dum ergò hic forsan intenta officiorum
divinorum expatione diuturniorem fore, Cre-
ator et Cabini an xii verentur, periculum
in mora esse significant, nequando sorte habeant
ur strepitosæ ac importuno tibi occasione
promde

prontè arrepta rem divinam defectu Parochi
in ruinosis ædibus citra periculum vitæ apud
se subsistere nequeuntis interruptam importuna imprudentia sua pessumivisse dolent, aut
sacrorum eversores incauti à civibus suis pos-
"sterisve reprehendantur, quibus officijs divinis
tandem si sensim penitus forte interidentibus
plebis oppidanæ mores immanè quantùm lil-
"vescere somne religionis avitæ studium et
amorem elanguescere, virtutes everti, pieta-
tem in superos quin ipsam Dei notionem
extingui et scintillam in corde hominis legem
honestatis naturalis exulare ineluctabili
faceret necessitas, præsertim cùm satis jam
debuccinatus tubæ nec evangelicæ sonus in
omnem calè terram Germaniæ exivisset,
aulas Principum, caulasque rudiorum
etiam rusticellorum pervagatus aures homi-
"num et animos passim occupasset, quibus
difficile jam non amplius fuerat sparsa
rumoribus publicis dogmata Lutheri,
ut sectas liberiores transeam, tantò avi-
"diùs susciperè tantò impensiùs fovere, quan-
"tò turpiùs et scandalosiùs usum et curam
sacrorum culpa non sua apud se interiis-
"se viderent. Hinc ne reliquiis hoc modo
sacris morum corruptela, doctrinæ Chri-
"stianæ oblivio, fidei Orthodoxæ ignorantia
in adultis, institutivnio catechetica rudis

&c

in juventute, pravitatis haereticae jam per vicinam Serpentis et indies latius grassantis furtivae Venenia et publica tandem audacia invalescerent, praesentissimum aliàs periturarum tot animarum periculum, sagaciter praesentientes Prator et Scabini à Constructione Domus pastoralis ex fundo jam tum quidem necessariò erigendae periculosis ob haeresin rum Capitulo Eltigiis urgendâ consuetò ed providè, prudenter ac piè destiterunt, et de qualicunque jam adhuc reparatione de Securitate vitae Parocho contra ruinas procuranda tantùm solicite precibus iteratis Capitulum amicè interpellant, ut tandem sibi indigentibus vicinis ea iniquissimi et periculosi soli tempestate non Stipe moderata, ut ex adverso ineptissimè vertitur, Ed sufficiente, non modica et tam difficili reparationi proportionata contributione subveniret aliquali saltem provisione, ut fabricae Parochiales in partibus excitari ac tanto malorum Pastor obtineri possit qualem medio jam anno deficientem ob ruinas curia nanciscendi difficultatem tam graviter et vix conquesti fuerant. Ut autem allegata hùc ineptae versionis nullitas plenissimè ostendatur adversùs Adversarium, qui vocat illas: quid rimas similiores Venus calicè sit reddidit: Stipe moderata. opponimus communem et proprium vernaculae nostrae sensum

quo

que varia tributa, quæ Principibus certò non per modum electionis sed ex obligatione subjectionis naturam sequente pendantur, à Germanis tam plebejis quàm Juris Consultis nomine hoc Bräuer intelligantur, sic v. g. vectigalia seu jura gabellarum reditusque censuales Bräuer vocantur.

Vide Nehring in historico-politico & juridico Lexico Col. 248. in voce censualis et Coll. 1218. in vocabulo vectigal.

Integros verborum Contextus damus Censualis, vox Zinn Zinnd vbw Bräuer ysländ, nin Gab Zinnd vbw Bräuerbuch dem nin Bräuer-Zinnsman vdw Bräuerlinder

Vectigal, nun Quis, Sch Ungelt, Bräuer, Zoll, Zinßen vbw Abtrag-Geld vnd Ungelizen. Idem auctor Col. 525. in Voce Gabella.

Gabella, gall. Gabelle, nin Pin Gorba, Kosst, Bräuer &c.

Cui accedit Hübner in Suo reali publico novellistico et conversationis Lexico Col. 1753. in vocabulo Bräuer.

„Bräuer, unter welchen Wort vind „alle Contribution Ungelder

60 Nec obest aut obstat si jactata Re-

Boboris et Sabinorum promisso, qua Contributio-
nem ejusmodi non ex Jure obligationis à Se requiri
aut receptum iri Declarasse protestantur, loquuntur
enim de reparatione quot annis et continuò faciendâ,
ujusmodi onus delimio imponere velle importunum
est, animi sui sensa de vitanda ejusmodi odiosa in-
cursatione satis candidè produnt et expressim caven
Capitulo in verbis: da nimmen wöllen sein einig
jemand zu bey niemb Offo unsern nin Ufgasund
sobnu, dasern: nun Offon soll: sin sinden n
in andre wisstigen nu wöllt nu gelten
vermeinen.

Nec obstant Z. 7 ab Adversario subductis in pe-
titorio Linejo notatæ voces Germanicæ, quibus
confidere videbur.

Z. 11. da jemand Er gaitlich wöllen also
ein sein vndsaund ysz niben spitlig besandzi
gen, nind enlanden, nind und annan
Sonsbonnu dasz nid einen Bnin zu
dulden Commun

Quibus enim aliis verborum involucris
honestissimam et justissimam pariter petitio-
nem suam palliare supplex Communitas poluit,
quæ Dominorum injuriæ et insignio Capituli
spectatæ authoritati et potentiæ honoris
causa cedendum, præcipuè autem præsentissimo
aliàs tot animarum et rei divinæ periculo, provide
et

ol cauté vouvrendum rata ex Legibus prudentio
hoc unum agere potuit, ut declinatio impor-
tuni sibique per 11. annos cum Equitibus e o
seculo frustra litigato vdiosi litigii Rectibus
Capitulum amicè interpellaret Supplicando,
contra quod offensivè procedere nolebat liti-
gando dum laborantis rei catholicæ, et anima-
rum salutis periculum certò imminens aquè
ac pauperiem pene Le Domestè eam pro
motivis allegans officioso potius quàm im-
portuno et agresti stilo uti debuit.
Certè non rarus inter homines casus accidere
solet, ut quo arto stricto justitiæ titulo à
potentioribus exigi subinde possunt, amicè
interpellando, blandiendo, et supplicando ex-
torquere soleamus ~~ab~~ potiùs jubente ita
necessitate quasi emendicare ita debeamus.

Frustra igitur Adversarius vernaculi
aut Romani in vertendo sermonis imperi-
tiam parti nostræ impingit, dum se nobis
lem grammaticam insuper inventurum in-
tentat.

Quacunque autem vocula cavtelari usum
fuerit Capitulum S. Petri, dum no-
renos instaurando Domus Parochialis
fabricæ impendendos suppeditavit, illa si-
cut Communitati nostræ nihil officit, sic
parti adversæ nihil profuit, ad evincendam

Dei

Decimarum ab omni onere prestando immunitatem.
Nos autem anè 40: florenos nonnisi intuitu Decimarum in territorio Lindavicensi additos et dedicatos per se intelligitur, quarum ab omni in posterum onere immunitatem conscribendæ in rem suam apocham declarandam speraverat, ut sic in natura Decimarum fundata obligatio, quam Collegiata probè agnoverat, exspirasse censeretur;

Hæc ipsa autem Dalio apochæ requisitio Insignem Capitulum agnitæ obligationis irrefragabiliter convicit. Quis enim sagacis in illo providentiæ nolam suspiceret, qui ab altero moderatam cum necessitate sua subsidium petente sibi caveri exigeret, ne quid in simili necessitate in posterum à se amplius petere velit.

Sapienter, ventrà, providè et optimè Communitatis nomine cum Rectore Scabini respondere in Literis ad Diem 16tam Januarii A. 1547. Insigni Capitulo directis, sese apocham ejusmodi renunciationis reddere non posse, qua caveretur, se posterosque suos in posterum pro omni ævo nullam fabricæ parochialis reparandi obligationem repetituros si in fidei sibi invenienda nec permissum esse jure optimo regerebant adjecta ratione, siquidem sibi in propriis vicinis maximè præjudicaret apocham ejusmodi reddere, eoquod ospitium tollius Lindaviæ obvius esset Vadibus unde

unde facilè evenire curiam pastoralem negligi vel per homines oppidanos vel militum insolentia devastari aut incendio quodam deflagrare. De hinc renunciationem ejusmodi inscripto odiosam sibi et molestam esse significarunt, punctis fabricarum autem tunc existentium non abnuebant nihil amplius petere velle, exceptis quadruplicis generis damnis, quæ belli, vocli grandinantis, fulminantis aut incendii calamitas intulerit. Ex hoc patet non solum belli casum exceptum fuisse, prout in præfixo his literis n. VIIIII. signatis titulo Pars adversa adnotavit. Quam exceptionem quadruplicem iterato repetit in verbis:

urbem dom Joannell, Jnnn, Principalem Senium Rolfnollum dein Jnnnm quibuilling vidum ipsos Bnn Jabam.

Quæ Nro 30. à piissimo Archi Episcopo Principe Electore Moguntino Daniele circa hanc Causam gesta partis adversæ Patronus refert, nihil illi patrocinantur, quo enim in sensu, et quàm verè Capitulum S. Petri Celsissimo illi Archi Episcopo responderit, in medio relinquimus, hæc enim penes nos illa responsa sunt nec ab adversario communicata, quibus discussio præsensa m

veri

veritatem vel agnoscere teneamur vel indeprehensam
excipiendo impugnare valeamus.

His profecto Responsis non acquievit pari
pietatis et eruditionis laude Clarissimus Princeps,
alioquin Commissionem Electoralem circa hanc
Causam Clementissima provisione sua non ordi-
62. naset. Quatenus autem per Commissionem illam
Archi Episcopalem D. D. Joanni Berneburg Offi-
ciali Moguntino et Vice Domino Rhingavio
Joanni Georgio à Dircken rel ut prodenditur
Compositio fieri exulare juvat.

Ad disquirendas de domo parochiali simulatas, quæ
inter inter Capitulum S. Petri et Communita-
tem in Vrieder-Wallus erat diuntur, Depu-
tati ab Emmo Archi Episcopo et Principe
Electore Daniele Commissarii in Literis Suis
Die 7. Octobris A. 1577. conscriptis dicunt.

1.) Sibi relatum esse, quòd Curia pastoralis
in Vieder-Wallus ejus possessorum incuria
et negligentia negligentiâque palatione maturâ quoad partem
dimidiam ruinis deperdita sit, ita quidem,
ut stabilis et egregius Parochus ibi
pastoralem ibi suscipere, manuisque suum,
ut par est, curare tantò plus dubitet. Dicunt
2.) se in componendis amicè simulatibus
his totos fuisse, Parte utraque scienle et con-
sentiente, ita quidem, ut Decanus et Capitulum

S.

S. Petri ad preces nominati in tabali Prætorij et Scabinatûs in Nieder-Wallus pluries repetitas, benevola animo et officiose visitatis studia hoc modo conservandi caussa tandem inflecterentur atque commoverentur et necessario illi diruta Curia parochialis ædificiò impendendos nonaginta quinque florenos valoris Moguntini, computati in quemque florenum viginti quatuor albis ex benigna et benevola inductione contribuerint, quam pecuniam Prætor et Scabinatus in Nieder-Wallus à Dominis Decano et Capitularibus grati receperunt, et se in dictum subsidium ruinis valdè notabilibus fatiscentis curiæ Parochialis expensarus, sequ impendio Dominis Decano et Capitulo veracem, ingenuam et fide dignam rationem, quem in usum dicti nonaginta et quinque floreni conversi sint, reddituros, ne non se omnem curam, studium, et laborem, præter congruam operam grabitibus, eò collaturos declarârunt, et ut quàm maturrimè dicta parochialis Curia denuo in pristinum statum, quoad fieri posset, reduceretur et excitaretur, expresso Consensu

com=

compromiserunt, adjecta declaratione, circa hoc in posterum quot annis, et quovis anno sigillatim eam per suos provisionem observatum iri, ut Domus et fabrica parochialis maximâ attentione perlustrentur, et eadem fabricæ, siquidem hunc restitutæ denuò reparatæ et excitatæ essent, ita fiat testque per temporalem ibi Parochum sine Dominorum Decani et Capituli ad Solum et Tectum concursu conserventur, nec illi hujus jàm reparatæ Parochialis fabricæ causa amplius ullo modo impelantur.

Vid. ab Adversario Literæ in originali.

Prædicti tandem Commissarii dicunt

§. I. Sit autem memorata Parochia ædificia grandine, turbis bellicis, fulmine et similibus, quæ omnipotens clementer avertat, lædi aut averti non liqueat, pluries nominatas Parochiæ fabricas per eos, quibus de Jure incumbit et convenit, resuscitandas et exstruendas esse, nec his Literis Summè dicto Clementissimo Principi nostro Electori et Archi Episcopo Moguntino nec Collatori indicatæ Parochiæ, multò minùs Prætori et Scabinatui nec toti Communitati ibidem in Nieder-Walluf aut alicujus Partis juribus quidquam derogari voluerunt, quam declarationem extraditis duobus ejusdem te-

tenoris exemplaribus una eademque manu in Charta pergamena rescriptis et expeditis utergue Commissarius propriis unigue sigillis pendulis communiverunt.

63 Qua decisione quid causæ adversæ proferunt censeri queat, nihil deprehendere licet, quin strictæ et absolutæ Domum Parochialem, si casus dederit, è fundo excitandi, reparandi et reficiendi obligatio non obscurè evinitur, quam et insigne Capitulum in se et utergue Commissarius in illo probè agnoverunt. Jam sequenti paraphrasi ostendendam suspicimus.

Ex Articulo 1. quem ex nono Partis adversæ adjuncto fideliter transtulimus, constat laudatæ Commissioni Electorali significatum esse, quòd Curia pastoralis in Nieder-Wallus eorum, qui illam inhabitâssent, incuriâ et negligentia frequenti aut malitia perlustratione et reparatione semiruta ipsam esse, id proferunt verba: [illegible] Nieder-Wallus, so [illegible] Stand [illegible] sind [illegible] [illegible] [illegible]

ad ruinas pulsam fuisse. Haud sanè Communitas
nec enim certò præjudicaturam politioni Suæ Pa-
rochorum incuriam et Suam in perlustrandis et levi-
simo saltè impendio emendandis ruinosæ vetustatis
defectibus ignaviam veluti proprium sibi uni pro-
brum allegâsse creditur, præsertim cùm adhuc tenaci
et recenti teneret memoria, quàm difficulter anno
superiori quadraginta florenos pro aliquali repara-
tione supplicando exorserit. Hanc itaque præ-
tensam Parochorum et Communitatis incuriam
ab Insigni Capitulo allegatam esse necesse est,
qui ipse ujus interfuit ejusmodi præjudicium asserre.
Duo autem Separato et vitando suo Commodo
secordiam illam et negligentiam denuncia vit;
profectò non alio quàm hoc Consilio, ut si mise-
randa pastoralium in Wallus ædium Conditio,
quam piissimus Archi Episcopus ideneque per-
spicacissimus Princeps Elector Daniel ex gra-
vibus precum à Communitate oblatarum mo-
mentis satis edoctus fuisse et sublimiter attendisse
videtur in Communitatem reidere fictio aliqua
alienæ preclextu videretur.

Hoc igitur effugium exceptionis locò sum
quæsivit, ne malè cessantis rei divinæ periculum
sibi averteret, quàm à ruinis ædium certò immi-
nentis Paroche vitæ periculi occasione aliàs ocu-
suram maturæ Piissimi Archiepiscopi providentiæ

Sub

sublevari voluerat. Illa nimirum 10. florenorum contributione modica, quæ ad paliendas ædium ruinas et Parocho præstandam victus securitatem non sufficerat, nec instaurationi difficillimæ proportionata videri poterat, acquiescere nolebat Communitas, cum nuda spe Domus pastoralis tenuiter instaurandæ stabilem et egregium nanciscì Parochum nequiret, hinc ab honesto providoque suo Prætore Agartio Baly animata, fundatam in natura Deimarum obligationem atriùs urgere cogitat, quam pelita renunciationis apocha à Capitulo quidem agnitam esse anno priori cognoverat, sed si decipi vellet, cum præjudicio Ecclesiæ suæ et posteritatis sollendam esse satis perspicuè intellexerat.

65. Erat igitur partis adversæ dum fuit, alienam neglectæ à suis Domus pastoralis incuriam commiserì, nequam ejusdis cultûs divini culpam in se residere patereturque et sanè qua veri speciè aliena ejusmodi negligentia obtendi potuit, cùm in literis g^na Xbris 1576. ad Capitulum S. Petri rescriptis Communitas dicat, se satis ex literis illius intellexisse, quòd Capitulum per longissimam hominis ætatem nihil unquam ad fabricas parochiales contribuerit, cui verborum formulæ subdutis N^ro VIII. lineis notata adversarius multum non-

confidere videtur. Pretensa verò hominum memoria ad centum saltem annos extendatur, omninò necesse est. Sed hæc ipsa cum centenaria Partis adversæ memoria Judicii Lindavicensis decimas non ultrà seculum abilla nudo possessionis titulo peractas fuisse luculenter satis innuit, neque enim has ibidem decimas ab omni Parochiæ nostræ præstando onere immunes vorax Ord.mo ordinario Daniele, aut ejus Commissariis prælendere ausa est, Sigefridanis hunc in finem Literis abutendo, eo quod translatarum in Collegiatam Decimarum alienatio abbatis illius recentiori adhuc memoriæ subtiterit. Neque filialitatem ab A. 1772. primùm confictam recurrit, qua Parochianos in Wallus prælensæ Matricis Ecclesiæ in Eltrill adstrictos esse prætenderet, quo vero modo omnes Ecclesiam, Domumque parochialem reparandi, aut restituendi, à seculo facilius et commodius amoliri potuisset Capitulum; si filialitatem, et nunc prælensam pertinaciter, sed non probatam Wallusiensium ab Altavillana separationem propriam, sine requisito Collegii Cleri et Parochi sui actuali Consensu aut impetrato factam probandi onus subire potuisset, prælensi nunc asserti veritatem unum legitimè ostendendo. Non enim tutò rem geri aut narrationem ejusmodi perspicacissimo Principi

Episcopo Danieli sub Specie veri qualicunque
persuaderi posse intelligens ab obmovendo Wal-
„luciensium filialitate et Separatione propria
consuetò abstinuit, ne rursùs producto in scenam
figmento larva forsan detraheretur. Sin autem
pretensa totius pretensorum Ecclesiæ Eltvillensis
Parochianorum in Wallus filialis dependentia
et sine requisito aut impetrato Capituli et El-
„villensis Parochi consensu facta dismembra-
„tio ex inconcusso certæ veritatis historiæ fun-
„damento erui potuisset, primævam profectò fi-
„lialitatem tumultuariam et illicitam Separa-
„tionem Spontaneam Decimarum Lindaviensium
ab omni onere immunitatem ex Diplomate
Rigestridano Docenda Carx adversa indubiè fuisset,
nec alienam in conservandis domûs venus-
„tissimæ ruinis negligentiam Parochorum
Dominumve, quorum fuit attendere, incuriam
sollicitè adeò et promtè incusasset, nec im mi-
„nentis vitæ Parochorum periculi occasionem,
„maturi eorum Discessûs et consequenter cessan-
„tis ei divinæ necessitatem culpæ illius indu-
„ctam esse intelligeretur. De religio ita im
pertinaciter ex adverso nunc pretensæ Pa-
„rochianorum in Wallus filialitatis et
ab Ecclesia Eltvillensi dependentiæ eo-
„rum ab hac Separationis sine requisito, sine
impetrato Capituli adversi Consensu facto

fig=

figmentum, ex illius responso ad Supplices Communitatis nostræ Literas die 22. Novembris 1756. scriptas dato sufficienter eversum vonidit; ad has enim, ut ex recitata die 9. Xbris anni ejusdem Supplica perspicitur, Capitulum respondit tantùm se per longissimam hominis ætatem nihil unquam ad fabricam parochialem vontulisse, quo nullius momenti obtentu Principalem nostram territare nonnihil voluit, nihil autem profecit, nam Prætor et Scabini id ignotum sibi esse modestè respondentes, Parocho, quo se per medium jam annum carnisse, in priori Supplica vonqueste sunt, periculosis vaniisque temporibus illis carere se non posse in posterioribus Literis 9na Xbris præscriptis exposuerunt, Parvero adversa non ausa est, Communitatem nostram de semestri defectu Parochiquerulantem ad Ecclesiam in Eltvill vehiculi prælensam Parochianorum in Wallus matricem primævam remittere, a quam tamen Majores nostros tantò commodiùs remittere potuisset, tantòque vonfidentiùs remissura fuisset, quantò propius ævo illi tum fuit Capitulum, quæ nunc allegatam nudè narrando pertinaciter protensam et ex nullitate necessitatis Canonicæ vanis, quæ à presenti Wallusii Situ petuntur argumentis frustra impugnatam dismembrationem propriam et vonfinem Parochianorum in Nieder-Wallus

ab

ab Ecclesia Elvillensi falsò prælensa Matrice
Separationem, nec requisito, nec impetrato Capi-
tuli Consensu, ut prælendibus, satis evenisse
necesum foret, Si prælensa nunc filialitas et Sacri
toti Canonicis nunquam non prohibita Separatio
propria reverâ doceri et Decimarum Lindavensi-
um ad Ecclesiam Elvillensem antiquitus pertinen-
tium immunitas ex Diplomate Sigefridano per
inceptam Calachesin violenter delonto esloriqueri
potuisset, neque pars adversa à Rectore et Sca-
binata tollaque Communitate apochan renun-
ciationis scripsisset, qua de nulla per Rectorem
et Scabinos eorumque Successores et posteros
in eorum perpetuum amplius unquam faciendo
exactione tacuit, ut adversarius perverse ver-
sit de Stipe moderata pro fabricis paro-
chialibus in posterum non petenda Capitulo
ex hac parte averebatur, Ex hac ipsa autem
tam injusta quàm captiosa faciendæ inscri-
pto renunciationis petitione evidenter cog-
nositur agnitam tum à Capitulo fuisse
obligationem fabricas parochiales in Nieder-
Wallus juxta vulgatissimam Archidiœce-
sos Augustinæ consuetudinem ex Decimis
sustentandi, reparandi et casu dato ex fundo
resuscitandi: Ad quid enim ista petitio,
ut Rector et Scabinatus unà cum tota
Communitate in Scripto declarent, se eorum-
que posteros in posterum posthac in
eccles-

eternos Dies pro fabricis parochialibus nihil à Decano et Capitulo amplius præstensuros nec exacturos? quod illi sibi indecorum neque conveniens fore, prudenter et meritò respondérunt. Ejusmodi Sanè apocham Insigne Capitulum S. Petri non petebat, Aqua Communitas pro instauranda vel reparanda Ecclesia sua Dominicæ parochialis fabrica stipem aliquam aut eleemosynam flagitaret sibi erogandam, nec arrogaret, præsertim si Parocho, quo per semestre jam spatium se carnifex conquereretur, carere sese ultrà non posse exponeret, seque supplicâsse significaret, ne posthac urgente necessitate querelam ad Eminentissimum Principem Electorem et Clementissimum Dominum suum deferre cogatur, quibus profectò minis nec terrebatur Capitulum, nec ad erogandam eleemosynam omninò gratuitam piè inflectebatur, multò minùs autem importuna comminandi audacia terrebitur notabilem stipis pecuniariæ summam eâ lege addicere, ut importunis adeò precibus Capitulo supplicantes, Prætor et Scabini unà cum tota Communitate in scriptis declarent, se suosque posteros posthac in ævum perpetuum pro fabricis parochialibus nihil amplius petentes esse nec exacturos. Nihil ut dixerim, de notabiliori 40. florenorum summa, majorem liberalem eleemosynam ulli pro necessitate quacunque supplicanti Communitati erogatam

à

à se unquam fuisse, jactare et docere Pars adver-
sa non poterit. Cùm ergo talem omnis futuræ
prætensionis renunciationem à Majoribus nostris
petierit et speraverit, promisso et solutis re
ipsa 40. florenis, in scripto sibi dandam, quid
aliud inde non sequitur, quàm obligationem
fabricæ parochialis in Nieder-Wallsee resi-
duendi à Capitulo agnitam et charlam renun-
ciationis eo consilio petitam fuisse, ut Decimi
interessionus à se provide amoliretur, Neque
tam anxiam temere consilio in conservandis
ædibus parochialibus alienæ negligentiæ et in-
curiæ curam Regni tam attentam rationem
habuisset, et ut rorum Commissionis Electora-
li Culpam ruinarum in Parocho et Com-
munitatem nostram adeò circumspectè
rejiceret, nisi per Se indultam imminen-
tis Parochorum vitæ totque animarum
salutis præsentissimi periculi occasionem
et ita vestris Culpa sua rei divinæ exer-
citium à se removere intendisset. Nihil om-
nino autem Capitulo adverso calvus negli-
gentiæ alienæ prætextus prosuit, quin ipsa
Commissio electoralis obligationem Capi-
tuli sagaciter perspexit, et non obstante de-
claravit, postquam enim ad conciliandas inter
se partes designati à piissimo Archi Episcopo
eoque pariter sagacissimo Principe Daniele

Com

Commissarii dixisent, Parte utraque Sciente, volente, et consentiente nec non presente se in componendis amicè dissidiis et simultatibus omnem, quam possent, curam et operam collocasse, ita quidem, ut Rumini Decanus et Capitulum S. Petri ad proces Pretorij et Scabinatus in Nieder-Wallus pluries repetitas, benevola et amica officiosa vicinitatis studia conservandi causa, Le tandem induci et inflecti permiserint et necessario illo fabrico dictarum aedium pastoralium impendendos nonaginta et quinque florenos contulerint, non ex liberalitate indebita, sicuti ex adverso intenditur, sed ex commiseratione Commissionis Electoralis, quae hac rem divinam in oppido Catholico civilem et spiritualem primarii Principis ecclesiastici jurisdictionem reverente, nec incolarum nec piissimi Archiepiscopi animae, ~~[illegible]~~ ressantem et versantium in praesentissimo perversionis et salutis periculo tot animarum infelicem statum commiserali DD. Commissarii summam tantam pecuniariam moderari et auctoritate sua determinare intendebant, quae pecunia ad solutos annis priori quadraginta florenos accedentibus jam nonaginta quinque posterioribus, centum triginta quinque florenorum summam conficeret, quae attentis tum brevioribus rei aedilitiae sumtibus faciendae ruinarum reparationi aliquatenus proportionata videri poterat. Res igitur eatenus tantum

tantùm composita est, qualeniùs delegati ab Emo Principe Electore arbitrei dijudiorum certam et determinatam pecuniæ Summam à Collegiato S. Petri Capitulo pro reparanda domo parochiali denuo solvi, suasu seu vel hortatu effecerunt, ne odioso cum Equitibus velut prioribus Dominij suis territorialibus litigio detaligati vanisque sumtibus et forte gravibus adhuc debitis præsertim quadraginta et aliquot annorum subditi Archi Diœcesos Moguntinæ denuò sumtuosorum Decimatoribus lites implicarentur, quam ex providentissimo Clementissimi non minùs quàm pijssimi et doctissimi Principis præscripto præcaveri partam sibi delegationem implere pro viribi laborarunt, neque adsolvendos denuo nonaginta quinque florenos Capitulum adversum scadendo vel horlando induci quissent, cùm anno priori illud 40. florenos reparationi Curiæ pastoralis impendendos jam contulerit, nisi ex hac ipsa solutione à Capitulo ponè præstita perinde ac ex subjecta separatarum edendo in scripto renunciationis literarum petitione, tum etiam ex inutili conflictu Parochorum et eorum, quorum sciret abstendere, in conservandis domus vetustissimæ ruinis negligentiæ allegatione satis superque in-

intellexissent, ab Insigni Capitulo agnitam fuisse obligationem ædes Parochiales in Nieder Wallus ex Decimis juxta consuetudinem in ~~Archi~~ Diœcesi Moguntina jam tunc receptam sustendandi, præcipuè cum pars adversa nullum planè tibullum pro immunitate Decimarum Judicii Vindaviensis, quæ ad Ecclesiam in Eltville olim pertinuisse nunc asserit, ausa sit allegare nedò obmovendo, ne dicatur, verè docendo prudentiam nunc filialitatem et in notorio falsi suppositi mendo nubantem Wallusiensium à Parochia Elvillensi separationem propriam, non requisito nullo minùs, ut adversarius loquitur, impetrato Capitulari Petrini consensu, ex ultra Canones factam certa fide historicâ ostendendo, seculo et anno privatæ dismembrationis hujus expressim designatio, cujus quidem tunc memoria, sicut recentior tum fuisset, ita exploratior, quàm nunc esse debuerat, cum Ecclesia nostra, seu ipse adversarius ad nauseam usque passim repetit, Sacra S. Johanni Baptistæ Capella ruralis in Nieder-Wallus primùm à tribus circiter seculis in Parochialem Ecclesiam transformata fuerit, quod Nro 2di. Scripturæ adversæ indicatur!

Ob. Licet igitur, strictè loquendo, à prælaudata Commissione Electorali per sententiam quandam condemnata fuerit Ecclesia Collegiata

ad

ad hoc onus fabricæ /: siquidem Emus Princeps
Dissidia et Simultates extra formam et ordinem
processûs amicè conciliatio inter se Parthibus
componi et tolli demandaverat, quod Tabulæ
docent, neutiquam — Tamen ab hoc onere absoluta
est. Postquam enim DD. Commissarii Electo-
res de promissis ex presso Capituli Conclusu
nonagintà quinque Florenis, ad proverbendam
verò de consilio Parochorum et aliorum
in curia querelam de compromissa à Rectore
et Scabinis exactiori attentione et curâ Domus
parochialis Diligentius quot annis perlustran-
da et maturè, siquod minutius damnum
notaretur, in horibus facilè sumtibus pre-
parandæ mentionem injecissent, varios
casûs excipiunt rengue omnem ita dela-
rant:

Sin autem memoratas parochiales fabricas
grandine, fervidâ bellicâ, igne fulmineo et
similibus laedi et devastari, forte contigerit,
saepius dictæ parochiales fabricæ per eos,
quibus propriè convenit et de jure incumbit, rursum excitandæ et exstruantur.

Atqui sunt illi, quibus propriè convenit
et de jure incumbit passa damnum ejus-
modi fabricas parochiales denuò excitare
et exstruere? Non Clementissimus Prin-
ceps Elector quà ordinarius loci Collator

Ba

Parochio, quis enim hos onerandi titulus, quorum juri-
"bus non derogari expressè testatus sunt Commissarii.
Nec eorum nomine, quibus tale onus de jure incumbit,
Prator et Scabinatus nec tota Communitas intelli-
"guntur, quorum quippe juribus multò minùs quid-
"quam ullatenùs derogatum esse clarè satis declarà-
"runt. Quis autem quæso superest, cui onus illud
de jure incumbat? unum S. Petri Capitulum,
cujus nomen in hac declaratione de non derogando,
sicut ne vel unâ quidem literulâ expressum est in
tabulis, ita illi obligationem questionis inumbere,
ab arbitris judicatum ex his ipsis literis Commis-
"sariis non obscurè intelligitur. Si enim Commissarii
Electoralis Ecclesiam Collegialem à reparationibus
minutis eaque ac à nova fabricarum in casibus
extra humanæ negligentiæ culpam positis deper-
ditarum instauratione exemtam judicâssent, quàm
facile iis fuisset expresso Collegii Patrini nomi-
"ne omnem verborum ambiguitatem prævertere.
Profectò si nomen Cmi et Collatoris, quorum
nullum puncto reparandæ Domus Parochialis
directè et per se unquam impetitus fuit, ex-
"primi potuerunt; si Prætoris et Scabinatus
nec non totius Communitatis jura suo judicio
salva stare jam sensu complexo quàm signifi-
"cârunt, per vocabula vocum universi

Simil

Ffril, id est alicujus ditarum partium Sive ujus-
"que Cartis Sigillatim auctoe, quidni expresso
Capituli nomine ejusdem juribus à se nihil
detrahi, aut derogari Significassent, at, non expres-
"so Capituli nomine, aperte Satis et clarè Signi-
"ficarunt, eorum nomine, quibus à grandine,
vastitate bellica, igne fulmineo, causisque
similibus damnum pasturas excitare et fabricas
et extruere proprie convenit et de jure incumbit,
solam Ecclesiam Collegialem intelligi, quam
ad solvendos pro reparatione nonaginta quinque
florenos quo modocunque induxerunt.
"Nullibi sanè gentium ea consuetudo in-
"valuit, ut ad decem Synodum omninò gravibus
hominibus plebejis supplicantibus ex mi-
"sericordia erogandas insignis positarum
supra vulgus personarum Coetus per Com-
"missionem aliquam suadendo vel hortando
commoveretur. Nulla quoque transactio
privata inter partes, ne dicatur, publica
et judicialis ad tollendam denegatis dece-
"mosynis querelam instituit hactenus visa
vel audita est. Ridiculum itaque perspicitur,
pro aliquali Domus Parochialis repara-
"tione à Capitulo sponte solutus 40. flo-
"renos moderata Stipis habere nomen, ri-
"diculum est coram Commissione Electorali
compromissos ex adverso nonaginta quinque
florenos

florenos misericorditer contributos esse. Cur enim Collegium Patrinum et non aliud ad erogandas misericorditer eleemosynas per Dominos illos Commissarios suadendo vel hortando induci, apud Clementissimum Principem Electorem Danielem Communitas nostra supplicavit? Illi proinde Tabulis commissoriis in Summario suo prodendis falsum prefixit titulum adversarius, dum pronotavit, literas illas testari, quod Communitas nostra unus fabricae Domus parochialis in se suscepisset solus autem casus belli relictus fuerit, prout de jure esse in titulo illo additur.

67. Caeteroquin ex omnibus hucusque deductis evidenter patet.

Imò Deinas Judicii Lindauiensis ad Ecclesiam in Ettill nunquam pertinuisse, consequenter nec subfeudali illius territorii incolas extraneae illius ~~Ecclesiae~~ parochiae parochianos fuisse.

Idò verè fictitiam esse Wallusienium ab Ecclesia Parochiali in Ettill falsò praetensa matrice Separationem propriam nec requisito nec impetrato Capitali Petrini consensu, ut nudè narratur, factam et obnullitatem necessitatis Canonicae inutiliter impugnatam petitis ex hodierno inferioris Wallusii situ inanibus argumentis, in quod enim seculum, in quem annum Separatio haec inciderit, indicet aduersario et doceat.

Itiò Deinas Lindauienses non seculo nono ab

Archi

Archi Episcopo Trethurico Ecclesia Collegiata S.
Petri fundatore donatas nec à Sigefrido Succes-
sore confirmatas, imò neque ab Gerlaci Nas-
savici Archi Episcopi et Principis Electoris
Moguntini data à Capitulo S. Petri nudo
possessionis titulo percepta fuisse.

Ito Nudum possessionis titulum manifestò
suspectum esse, dum A. 1522. Pars adversa con-
tra emtionis titulo Decimas Lindavienses à
se percepi confidenter jactaverit, nec tamen literas
emtionis produxerit, quia non potuit.

Sto Supposità veritate illius à Capitulo ad
primas Communitatis literas subsidii dati
responsi à tempore status humano nihil
ad fabricas parochiales à se contributum esse,
irrefragabiliter evinci, quòd Collegiata S. Petri
extraneas subfeudalis equestris territorii
Decimas, tum vix per seculum aut certè
non ultrà perceperit, quia vanum ejusmodi
effugium non quæsivisset, sed potiùs non pro-
stitum in dato ante casu facta reparationis
concursum indubiè allegasset, nec ad iteratas
Communitatis preces A. 1576. florenos qua-
draginta pro reparatione Domus pasto-
ralis eâ conditione solvisset, ut Orator et
Scabinatus unà cum tota Communitate in
scripto declarent, se suosque successores et
posteros posthac in avum perpetuum pro
pea-

parochialibus fabricis nihil amplius prætensuros nec exacturos, ex qua renunciationis ejusmodi petitione patet.

6to Agnitam à Capitulo fuisse obligationem fabricas Ecclesiæ Dompûsque parochialis in Nieder-Wallus sustentandi, ruinosas reparandi, reficiendi, vetustate autem collapsas aut incendio, terræ motu, veli et aëris injuriis, turbisve bellicis eversas instaurandi et ex fundo construendi.

7mò Ex hac ipsa Solutione 40. florenorum à Capitulo sponte præstitâ Commissarios Electorales obligationem à Capitulo agnitam cognovisse.

8vò Hanc ipsam obligationem ex ipsa allegatione alienæ Parochorum et Wallusiensium incuriæ, quam Capitulum vel verè vel falsò prætendit, intelligi et erui, Insigni enim Collegiata quid præjudicat, si Prætor, Sabini et Communitas in Nieder-Wallus suam e.g. curiam judicialem - sua negligentiâ et incuriâ ruinosam alienis Collegii Petrini sumtibus instaurari supplicaret, non obstantâ verò moderatâ Illius instaurationem coram Commissione aliqua? fingere liceat? acriter urgeret, an, ut unus fabricæ hujus à se amoliretur, Capitulum - alienam Prætoris et Sabinatus negligentiam incusaret?

Profectò ad sustentandum et instaurandum hoc ædificium nullâ se obligatione adstringi

posse

posse, Simplicissimè protestarctur. Alterius est

Imò evidens est falsitas Ecclesiam nostram
in fundo Nassavico primitus fundatam et dotatam
sacellum privatum Equitum de Lindau aut
ignobilem Capellam ruralem fuisse, negamus
pariter et probet adversarius, priores Illos Se-
niores Equites etiam Fundatores esse, Jus certe
Patronatus ad illorum feudo in Curte Nas-
savica transisse per se intelligitur, si enim
dictum ignotæ Simplicis donationis pretenso
titulo ad Conventum FF. Prædicatorum
transire potuit, cur non ad Subfeudatos
ab Illustrissima Comitum quondam, nunc Prin-
cipum de Nassau familiâ Equites cum feudo
transisse intelligatur. Quidquid ipsis Do-
minii directi et utilis aut Subjectionis fidu-
ciariæ Conceptibus adversarii deprehenditur.
Nullus enim Vasallus minor, ullius ratio in
Equitibus de Lindau attendenda venit, non
requisito aut impetrato Vasti regalis aut Do-
minii, ut in Capitularibus Regum Franco-
rum dicitur, seu Vasalli à vero et proprio
feudi Domino infeudati Consensu et licen-
tiâ Ecclesiam in fundo subfeudi fundare
et prædiis fundi subfeudalis dotare potest
prout per se patet, dum igitur Equites de
Lindau, ut adversarius prætendit, Ecclesiam
et Parochiam in Wieder Wallus fundarunt

et assignatis in Districtu ab illustrissimis Comitibus de Nassau in Subfeudum sibi concesso satis amplis Triginta duorum jugerum prædiis abonea Deumarium immunibus dotârunt, non accensibus duobus glebæ graminiferæ jugeribus et medio, quam terræ portionem Rheni exundantis alveo absorptam et à continente avulsam periisse, scitur, tempus autem ignoratur, ab illustrissimis igitur Comitibus de Nassau veluti veris et propriis feudi Imperialis Dominis requisitum et prostitutum fuisse consensum in erectionem et fundationem Ecclesiæ et novæ Parochiæ in Nieder-Wallus, omninò necessum est. Ab unde jam probabit Adversarius talem consensum requisitum aut impetratum fuisse, qui, stante facto ab Equitibus de Lindau fundationis Hypothesi præsumi tantùm potest, probari verò nequit, quamvis per se credibile non sit, primitivos Nassavicos, equestres postea Lindaviensis Judicii subditos à tempore agniti in ditione Nassavica fidei Christianæ usque ad initium tertii ab hinc seculi, quo præfatus in Nieder-Wallus Capellæ ruralis in Ecclesiam parochialem transformatæ simpliciter et nudè narratur, alienos et sibi extraneos in ditione Moguntina Elvillensis Parochiæ Parochianos fuisse. Verùm demus aliquid Adversario, non quòd Patronos Beneficii pastoralis

Equi-

Equites Eccles. S. Johannis verè fundatores esse, simpliciter concedamus, sed quòd Causæ adversæ injustitia manifestè delegatur, et falsorum, quæ ex adverso obtruduntur, figmentorum nuditas quasi palpabilis evadat, ut ista dicamus, subjiciatur et exhibeatur. Admittamus enim falsam partis adversæ hypothesin, Equites olim Parochiæ Collatores Ecclesiæ fundatores esse, quid autem præjudicium contra Collegiatam inde deducatur, meritò attendatur. 68 Si Patroni Ecclesiæ parochialis Equites de Lindau sint Parochiæ fundatores, ergò competentiam pastoralem assignarunt, num autem Parochus temporalis in Wieder-Wallis

Num VIII teste Adjuncto nostro Sub n. VIII

decem frumenti modios, vulgo Mallera, et vehem vini ex decimis Lindauiensibus titulo beneficii curati quotannis percipiat necessariò sequitur, fundatorem Parochiæ illam competentiam pastoralis partem ex Decimis constituere potuisse, penes eum igitur de decimis quidquam disponendi facultatem liberam fuisse omninò necesse est, quod si enim Collegiata S. Petri Decimas Judicii Lindauiensis jam inde à Seculo nono facto à S. Theutharico Præsule donationis titulo sibi concessas possidere cœpisset, evidens est, et per se intelligitur, fundatores

beneficii pastoralis in Nieder Hallau Equitem nihil competentis parochialis ex Decimis ad se vel Ecclesiam suam non pertinentibus assignare potuisse proinde dum Parochia nostra Fundata sit, aliam Decimarum conditionem relatione possessorii aut perceptionis fuisse jam non amplius dubium est. unde N. T. Scripti adversi pretensam simplicem Capellam S. Johannis Baptistæ ex subsistrata ibidem hypothesi à tribus circiter saeculis in Parochialem Ecclesiam fuisse transformatam asseratur, aliunq; quemcunque perceptorem Decimarum ante tria circiter saecula in possessione fuisse, necessariò consequitur.

Nullam profectò gratuitam Capituli sui beneficiatum hi adversarii vere obtendere poterit, ex qua decem hos modios frumenti et unam vini urnam Parochis nostris ab illo per modum meræ Eleemosynæ vel gratuitæ donationis ab origine talis, nullo jure cogente, quàm liberalissimè et absque ulla consequentia dari ad N. 63. adversarius Scriptura in ultimis ibidem Lineis, intolerabili planè insignis et splendidi mendacii gloriâ proterve asseritur. Quis enim sibi persuadeat sibine persuaderi patiatur, ut ratio prorsus et stolidè credat, aliâs tenuissimam Capellani equestris S. Hanc petrasin invidia suggesserit, jam petentiam ex mera eleemosyna vel gratuita Capituli Selzini donatione, nullo jure cogente, quam Ecce-

liberalissimè et absque vnere obligationis adeò in
signi decem frumenti Mallerorum et Sex
vini ornarum additamento auctam et singulis
hactenùs annis temporali in Wallis Parocho
subministratam esse, quæ decem frumenti mal-
lera et Sex Ornæ vini notabilem nonaginta flo-
renorum valorem quot annis conficiunt.
Circa Sex ornas vini hìc meritò notatur
et attenditur ex illius vigintli mensura, no-
mine vini Censualis, hactenùs quot annis
detractas fuisse, an justè, hìc non disquiri-
mus. At hæc ipsa prætensi censûs vinarii
detractio nunquid omnem jactatæ falsò ele-
mosynæ rationem et conceptum everti.
En præclaram pallialæ liberalitatis Carvam
Præcipuè autem non intelligitur, quòd Cars
adversa decem frumenti Mallera et Sex orna
vini Parocho communitatis in Wallis
ex Decimis Judicii Lindavicnsis, cujus fundo
rium et vigintli Mallerorum frumenti et
vini decimalis salis feraci, quo decem ad mini-
mum, si plùs virtodecim forma majoris cadi
impleantur, parum glebæ esse n 36. Scripturæ
adversæ asseritur, per modum meræ elæmo
synæ vel gratuitæ ab origine donationis,
nullo jure vigente, quàm liberalissimè et
absque ulla consequentia oneris prætensam
hanc decimarum immunitatem everlente
et quidem pendente jam per Sescaginta
Sex

Sex annos lite, dam stabiliter hactenus et ordinatè
suppeditaris, ùm damen in Wallis cessantibus per
medium annum officiis divinis ad quadraginta
florenos pro necessaria Domûs parochialis repa-
ratione pluries supplicando eliciendos dam dif-
ficilem dam mordsam commiserantis, si ita
lis supplicans Capitulo Communitas, non edito
verò literis renunciationis ad exhorquendam
ut adversario placet, moderatam stipem Deve-
rendissimo ordinario supplicare deberis, ut
delata ad illum querela per designatos ab eo
arbitros multo studio, et dedissima opera
ut fabula testantur, aliquatenus consopiretur,
sed nihilominus fabulam telemosynarum et
stipis moderatæ, ne inanem vanæ falsitatis
umbram operosè nimis impugnare, et in
vanitatis sua confidentem invectari videamur.

Prorsus contra inepta sunt, et ad Causam
adversam nihil conducunt, quæ adversarius
ex suis captiosè non rarò falsò, invidè, falsè
ruinosa sapius hypothesi violentè extortis
evidenter patere simpliciter narrat, nimirum
Imò ab omnibus retro seculis usque ad ortum
Lutheri, nec per Patronos Collegiæ in Re-
den-Wallis, nec per incolas hujus villæ
nec per Archi Episcopum Moguntinum
aliquid à Collegiata ad fabricam Ecclesiæ
vel

vel Domus Parochialis vel petitum quidem, multò minùs ab ea datum, sed immunes fuisse Ecclesiam & Domus ante & in erectione Parochiæ in Niederwalluf & postea adhuc, aliàs enim in tot Literis illud Salem allegasset Communitas.

Quàm conglobata hæ falsitates conspiciantur? Per quot secula adorium Lutheri usque Collegiata Domus Lindavienses percipiebat Proventus ne medium abiit seculum, ex quo illa, non petita pro reparandis Parochiæ fabricis contributione, quicquid possedit, inspiciendas dari sibi Literas faciat adversarius, quibus titulum emptionis A. 1522. pro adversa prætendit; Quid piissimus Archi-Episcopus idemque perspicacissimus Princeps Elector Daniel, cujus pietas, eruditio et sagacitas tot passim insignes in monumentis publicis laudes sibi meruit, intendit, dum per designatos à se arbitros querelam Communitatis tolli voluit et eorum authoritate ad solvendos pro reparandis ædibus Parochi nonaginta quinque florenos induxit. Capitulum, quod anno priori 1576 obligationem reparandi sponte agnoscens 40. jam florenos contribuit, adjecta tacita conditione, ut Prætor Scabini & Communitas propriæ & Successorum posteritatisque nomine in

Scrip-

Scriptura caverent, Se et posteros in omne avum
„nihil amplius pro fabriis parochialibus praeten-
„suros aut postulaturos. Quid porrò Serenissimus
Princeps Elector Franciscus Ludovicus circa
A. 1730. effecit, dum gratiosissimè decrevit, Decimas
deliniendas arresto ipse relaxato primùm, post-
„quam Capitulum previa Declaratione Chorum
Ecclesiæ Wallusiensis reapse reparari fecisset,
quod teste inscriptione Chori A. 1731. confecit.

89 Solissimum autem notari hic meretur paradoxa
illa sequela, contributionem ejusmodi aliàs
toties in Literis à Communitate allegatam fuisse,
si enim Adversarius de omnibus retro seculis
ante Lutheri ortum loquatur, ergo ostendendum
fuisset, Collegialem ibi possessione Decimarum
ante tempus illud fuisse, et Casum aliquem re-
„parationis jam tunc extitisse, quod non præsti-
„tum est, nec præstari potuit. Abit ipso autem,
quod pars adversa Casum ejusmodi reparationis
ante Lutheri tempora, hancque solis unius Com-
„munitatis Incolis, et absque omni Capi-
„tuli non impetiti Contributione susceptam
allegare et docere non potuit, jactatam omnium
retro seculorum memoriam usque ad ortum
Lutheri in tenuem fabulosæ vanitatis umbram
„naviter concidere necesum est. Talis enim
si allegatio à Parte adversa plenè probata
fuisset, argumenti positivi vim pro Causa
adversa habuisset, Deficiente autem mine

pro-

probatione suscepta ante Cathedrum reparationis miscean ineptè, jejunè et infirmè omnino argumenti negativi nudilatem exhibet, cujus formula hoc Enthymemate concluditur: Possig-
"nio Ecclesia Collegiata S. Petri ante Cathedrum
"rum ad fabricam Ecclesiæ vel Domus paro-
"chialis nihil dedit, Sic Cabroni Ecclesiæ in
"Nieder-Stallus nec inolæ Rajus villæ, nec Ar-
"chi Episcopus Moguntinus aliquid petive-
"runt, ergo Ecclesia Collegiatæ S. Petri ejus
immunes sunt.

Jam si negetur Antecedens, ex adverso Subsu-
"mitur: Siquid à posterioribus petitum, à Col-
"legiato autem Capitulo datum fuisset, illud
in tot Literis saltem allegatum fuisset communitas,
Sed hæc nihil allegavit, ergò nihil petitum
nihil datum est. En invitam argumentan-
di Methodum. Sed quis nescit argumenta
negativa, id ajunt, ad quid positivè pro-
"bandum, nihil habere ponderis et in sua
infirmitate periculo versare. Hujusmodi
generis argumenta vel falsò plerumque
scepe posito laborant, præsertim in Materia
servitutum, vel suspectam causæ Conitatem
arguunt vel necessariam causæ meritorum
explorationem in Causidico deficere, quo-
"cunque demum vitio facilimè provenant,
publicissimum autem onus probandi in Se-
nni

suscipiendum in Carlem adversam rejiciendi Studio
ducti subinde Causidici argumenta ejusmodi
avidè arripiunt, ut vel lucra ex Litigiis absque
labore ignavi capiant, vel causæ malè iniquitatem tegant, probandi difficultatem sibi incumbentem studiosè in Carlem adversam exonerando.
Verùm, ad rem redeamus inanitatem argumenti adversarii penitius excutiendo.
Si transmisso superioris enthymematis antecedente negetur consequentia et supponatur, quòd aliqua pro reparandis ædibus parochialibus à Collegio Bedrino quidquam petendi necessitas fuerit, casu reparationis necessariæ tum non existente, an non existentia talis casus adversario probanda superest? Similis nobis est quod adversis deductis evidenter patere.
Dò prolendibur, nimirum instantibus seculo decimo sexto involis in Nieder-Wallis nec tunc ab Archi Episcopis vel illorum Judicibus Collegiatam ullatenus ad fabricæ onus adstrictam fuisse, è contrario illius immunitatem cognitam perspectamque fuisse.

70 Quàm falsæ allegationes hîc obtruduntur? docere adversarius debuerat, turbulento seculo illo, quo vera et propria Domus nostra parochialis, ad cujus ruinas deludendas Capitulum seculo XV. à nobis officiosè et amicè interpellatum, Electoralis postea Commissionis au-

adtoritate indultum, quadraginta, primùm, deinnonaginta quinque florenos contribuerat,
teste adjuncto vestro sub n IV
per hæc de vastata sui jamnito erigenda aut instaurandæ hujus fabricæ molem suisse querelam, quomodo igitur Collegiata tum ab Archi Episcopis vel illorum Judicibus ad fabricæ onus adstringi potuit

Quisnam ~~igitur~~ Collegiatæ immunitatem agnovit? Quis perspexit? Inceptum pariter illatum ponitur

Sti⁹ Agnoviße ipsos adversarios Collegiatæ immunitatem, alias enim non dixißent et scripsißent, quæ dixerunt, scripserunt et fecerunt.

Verùm ni quo consistit pretensa pretensæ immunitatis agnitio? Quæ dicta partis nostræ, scripta et facta agnitam Ecclesiæ adversæ immunitatem vel leviter argumentum planè evincunt? allegatis inimicum vagis generalibus res gerenda videtur adversario, nec inepta figmentorum particularium allegationes falsitatis convincendi prebeatur occasio.

71 Adversarius posteriorum abortu Lustri seculorum spatium respiciens graviorem quamdam severitatem spirare videtur ajens, quòd post hac tempora labi ostenderit

Com=

Communitas in Vicedomi Vallus, nihil ad Ecclesiam
& Plegialem S. Petri attinere Domum parochia-
lem, eoquod circa posteriorem prioris medii
Seculi Decursum Communitas nostra sine
data Capitulo notitia & sine concessione
ab eo petita multò minùs impetrata eam-
dem Domum alienârit aliamque pro Paroche
sio comparârit, haneque prætensam alienationem
signum manifestissimum esse cum domus paro-
chialis esse, quòd soli Communitati alienata
fuerit et in hujus locum comparatam sibi
fecerit propriam, et per consequens id oneris
Communitati incumbat, ut Parocho loco pro
tali commoditate adscito Domum præbeat.

Quàm præclarè vepsta falsitatum Com-
mentitiarum tela contexitur? Quàm scitè
illationes eruuntur? quod ji ostensum
sunt.

72. Adversarius ad invehendam sinceræ et fideliter
datæ de hac ædium alienatione notitiæ
confusionem, quam præposterè animi male
voli studio intendisse videtur, rem sese, ac
se habet, exponit. Non enim Domum
illam alienavit Communitas, ad quam
reparandam Insigne Capitulum A. 1577.
sponte 40, dein nonaginta quinque florenos
à Commissione Electorali inductum
contribuit. Nam siquidem alienare non

potuit, cùm illa teste Adjuncto nostro sub N. in Nasarico Judicii Lindaviensis districtu Steterit, et Ecclesia nostra fundus dotalis esse feratur, nec allegato alienationis tempore jam dudum per succos eversa et destructa nullum amplius usum Domicilii sed modicam gravaminis utilitatem aut solam insolandi commoditatem praebuerit interim ad tempus et suadente ita necessitate sumtuosas tales expensas Communitas pro sustentando Parocho domum emere debuit, hanc domum emtitiam commodo suo nil videtur, alienavit Communitas assignato Parochis alio Domicilio.

Et hanc alienandi jus et facultatem quis Communitati nostrae negare audiat? quis Capitulo tandam Suscipiendae alienationis notitiam, quis petendam ab illo concessionem imperare Communitati nostrae potuit, aut non petitam illi exprobrare poterit? An Communitati, an Capitulo Dominium proprietatis in aedes illas competierit? An ex eo, quod interea Communitas ad tempus et ex necessitate ad provisionalem Parochi sustentationem domum emerit, et hanc alienata, aliam Parocho suo procurare in habitandam, sequitur immunitatem Ecclesiae Collegiatae à Communitate agendam esse, cum inde confiteatur, omnes procurandi Parocho Domicilii expensas in numero

Rum

Num forte Parti adverse non satis graves videntur
sumptus sibi hactenus gesto, ut illius initia jam
ante illam ex necessitate factam odium ejusmodi
emtionem provisionalem tanto maturiora fuisse
impiat, quibus à se non comparatis, Parochos aliàs
status sacrorum se caritura esse, ubi semel
privi, providere facilè poterat Communitas
serendis odiosa sibi sibi cum sumtibus impar.
Illa nimirum diuturni cum Equitibus ab A. 1506.
usque ad A. 1520. vel 22. dum exercitii sine fructu
litigii memoriam repetens prelivia sumptuosa
litis fastidia caute subterfugere intendebat, ut
circa tertiam seculi XVI^mi. decadem annorum
tandem subsecuta belli Suecici calamitate graviter
afflicta Ecclesiam suam suis per Collatores Parochis
jam forsan Catholicos, aut per Suecos certè bonis per-
nudisque spoliatam vix conservare poterit,
assignatis Ministello per Suecos rerum Dominos
imbuto praedijs et redditibus Lundi Lindavien sis,
teste Adjuncto nostro sub Nro II, unde, quam
diu Suecorum in Archi Diocesi Moguntina sub-
sistentium dominatus obtinuit, Communitas nostra
maximam partem adhuc dum Catholica Parochum
suum non suo quidem soluto Communitatis causa
et ad certos tantùm annos conductum, tanquam
mercenarium (: ut ex serie Parochorum nostrorum
Summarii n. V exhibita patet :) suis unius tum
sumtibus alere debuit, sine ullo etiam onere Ecclesiae
Collegiatae, quae nec decimas Lindavienses

hem,

tempore belli Suecici à se perceptas jactare, poterit,
eaque notabili damno suo nunc certè immunitas
videret, si stabilita in Nieder Wallus Parochia
Lutherana Ministello acatholico amplior com-
„petentiæ pastoralis portio ex Decimis Lin-
„davensibus assignata fuisset. Alia ipsis Pa-
„rochiæ nostræ bona et prædia ab intrusso per
Succos pastore acatholico jam occupata testa-
tur adjuncto nostro Sub n. II post discessum Su-
„orum vindicandis non nihil planè laboris
Communitas nostra indubiè collocavit, quibus
parti Catholicæ restitutis illa ab instituendis
contra Decimatores processibus puncto instau-
„randæ Curiæ pastoralis bello Suecico eversæ
non sueto abstinuit, de aliis jam adibus Paro-
cho provisionaliter comparandis tantùm solli-
„cita, reservato posteris instaurationem urgen-
tiore. Ita profectò satius egit Communitas,
ut, quæ licet difficulter admodum cogere for-
„san potuit, pecunias, ad provisionalem Pa-
„rochi sustentationem, emendæ leviori tum
pretio Domui potiùs quàm diuturnæ et sum-
„tuosæ ædi temere destinaret, vera et propria
Domus parochialis per Succos eversa, instau-
„rationem certè alias urgentè Parocho fatalis
diligendi necessitas induceretur, quam si pro-
„cedendi rationem reparandis Belli Suecici Dan-
„nis intenta Communitas fastidisse videtur.

Item

Hanc sui pleni juris domum emtitiam prosicuo
sibi permutationis contractu alienavit Com-
„munitas, eo consilio, ut si amplificandi
necessario Cemeterii sumtus fore posset, tesse
Transactione Prov. X. Summarii adversi
prodeuta Parochus autem Monachus, vel
potius Prior et Conventus P. P. Predica-
„torum hanc Domum Parocho temporali
commodiorem et commutatâ altera propiorem
Ecclesiæ, veram et propriam domum parochialem
esse sibi erronee persuadentes hunc publicum
permutationis titulo contractum possessionis
hactenus continuato turbativum querulantur
et pro manutenenda possessione Rvdmo Vicariatui
supplicant, Communitas verò vere et merito re-
„spondet, se nullum Parocho temporali domi-
„cilium debere, sed domum illam precario et ex
mero gratificandi studio à se concessam fuisse
exponit, noviter tamen commutatas ædes, quas
opus fuerit, à se refectum et ut prius in usum
domicilii concessum iri pollicetur; Parocho
autem et Conventu domus prioris possessioni
pervicaciter inhærentibus certum Saltem domi-
„cilii pretium à Communitate exigitur Paro-
„cho solvendum, donec aptata fuerit domus
commutatitia, demum à Conventu mo-
„tam. Super hoc puncto querelam sententia
definitiva à Rvdmo Vicariatu decidi petitur,
ab illo autem Deputati ad perlustrandam

utramque

idramque Domum Commissarii mittantur Val
„lisium, quorum opera et suasu amica tande
transactio efficitur, in Septenos redacta arti
„culos; in
7s 1mo Initus permutationis licite Contractus
à Parocho Monacho legitimus validusque ag
„noscitur; in
2do Ab eodem omni habile in Domo aliena
„ta possessionis jure putatitio renunciatur
in
3tio Reservatur possessio, quam Parochus
Monachus in adibus noviter commutatis au
„toritate propria arripuisse in Charta tran
„actionis dicitur, in
4to Possessioni huic arreptæ non solùm
non contradicitur, sed in
5to ea domus recens commutata intra
annum instauratio sponte à officiosè
offertur, ut illæ commodum viro honesto
domicilium præbeant; in
6to Gratuita omnino nullaque debita
aliqua Parocho promittitur compensatio
pro ea, eoquod assignato et in signum fa
„voris permisso in adibus commutatis Dom
„icilio uti non possit illo tempore, quo neces
„saria illarum reparatio fieret; in Articul
tandem
7mo Necessaria reparatione intra annum
Spatium non secutâ, ulterior pro carentiâ
Domicilii compensatio arbitraria Parocho
promittitur.

Hoc

Hæc inter Parochum et Communitatem transactio
à Dominis Deputatis Ordi Archiepiscopalis
Vicariatus ita temperata est, ut expressim sal-
va declararentur Partis utrinsque Jura, præ-
cipuè verò quòd Prætor Scabinatus totaque Com-
munitas hanc Domum permutabilem:
non ex obligatione, nec ad tempus longius
Parocho temporali in usum voniedere velit,
quàm donec vera et propria domus Parochia-
lis retra rivum, quo antehac loco consista
pujus loci horrique ibidem usum et utili-
tatem Parochus temporalis habet: à parte
obligata per Decimante S. Petri Capitulo: excì-
tata denuo et restituta fuerit, insuper hæc
et ad tempus aliquod temporali Parocho in
usum ex mero favore voncessa domus per-
mutabilis: ad liberum Prætoris, Scabinatus
et Communitatis plenumque arbitrium redierit.

Videantur Literæ transactionis in Summario
adverso producto. Nro X

74. Sic tandem vompelens Communitati Dominium
proprietatis in has provisionaliter emtas, et à
Parocho hactenus inhabitatas ædes vovam
DD. Deputatis expositum satis debitus P. P.
Prædicatorum Conventus pactis hujus Trans-
actionis Conditionibus acquievit, Parochus autem
Dominicanus in villanam sui Conventûs domum,
quam hic et prædia in Nieder Walluf jam habuera[t]
imong-

immigravit, Spe rata pro pretenso Domicilio cen-
"sus annui Solutione vententus, cujus una
determinatio ex vulgari conductionis ejusmodi
pretio aestimanda Superesse Parocho videbatur.

Haec autem Domus commutatitia postea
allocata est, in domo sui Conventus continuo
et quietè subsistentibus, Parochis Monachis
quorum frequentissima post Brevi curium fubi-
tempore exigui Spatium variatio contigit,
nullo Parochianorum commodo et non raro
forsan animarum periculo, dum alii Paro-
"chis teste Serie Parochorum Summarii
nostri n. V adnexa, vel ad Prioratus va-
"riorum Conventuum evocatis, vel ex qua-
"cunque causa ad disciplinam monasticam
revocatis Sunedere à suis Superioribus
jussi Parochiam tardiùs quàm par erat
adierunt; Inter quos institituti Monastici
Parochos aliqui, saltem ante a. 1689. fuis
videntur, qui antiore instituti sui disci-
"plinâ neglecta arbitrariè liberiores Pa-
"rochia, nullâ sui nominis laude, prefue-
"runt, et teste Extractu Protocolli Sum-
Vicariatûs de A. 1729., quem Sac.
adversa ~~ejus~~ N. ~~XI.~~ Summarii sui sup-
"peditat, inconvenientias quascunque ad-
"miserunt. Unde evenit, ut Secto priori
contra Parochos Monachos indubiè mota
de his inconvenientiis querela in adjuncto
nostro

nostro Sub n. IV deprehendatur his terminis expressa, quos hic è vernacula nostra transla-
„tos damus:

Jam verò Lindavii Collaturam vi DD. R.R. Sti Dominici transtulerunt, quo titulo autem, nobis incium est, à quibus nunc Parochia per aliquam ordinis illorum et Monasterii personam curatur, adhuc mi-
„nimè.

75 Cùm tandem defuncto in Nider-Wallis Parocho B. Wenceslao Degen Dominicano vacaret Parochia et Communitas jam notam seculo priori querelam de Parochia negligentissimè administrata instauraret ac pro Sacerdote Seculari Monachis in Cura Pastorali Subsli-
„tuendo, Serenissimo Principi Electori Fran-
„cisco Ludovico quà ordinario die 7ma Maji A. 1729. Supplicaret, Supplica cum gratio-
„sissimo Emi Rescripto ad Ordinum Vicaria-
„tum remissa est, cui inscripto ibidem Decre-
„to declaratum est, inspecto prius nec ob-
„stante Juris patronatûs Instrumento, et Parochiam in posterum per presentan-
„dum adeam Clericum administrandam esse, Reverendissimus contrà Vicariatus rerum obmovit obstaculum, et Serenissimo Principi exposuit, nullam in oppido esse Domum parochialem, in qua Clerus habitare

possel

posset, qua propter illi voti presentati Patres in proprio Monasterii aedibus domicilium suum hactenus figere debuerint, addit que hanc etiam forte causam fuisse, ut per id tempus PP. Dominicanos Parochia pro-
„esse permissum sit, ideoque Parochiam illis etiamnum relinqui posse, donec Seculari Sacerdoti domus parochialis prv ordinario ejus domicilio comparata fuerit.

At Serenissimus Princeps Elector edita ad Supplicam PP. Dominicanorum declara-
„tione firmissimè standum esse clemen-
„tissimè resolvit, eóque potiùs ac Parochia-
„ni noviter praesentando, qui Clericus esto, de congruo domicilio scient, prospicere.

Sic ergo sui tandem voti compos facti Communitas, ùm domum propriam non vellet amplius, praebere sig ni-
„tenta Commodis, aliam pro Parocho suo jam Clerico conduxit, nec enim Clemen-
„tissimum pariter ac Studiosissimum justitiae Principem Supplicibus libellis: quod importunum fuisset: jam-
„plius inurgare volebat aut poterat, ut ad excitandam & instaurandam ultra rivum Wallos veram et propriam Domum Parochialem à Succis eversam Capitulum adversum adstringeret aut vi compelleret,

punctio

puncto cujus litem annò Seculi Superioris ultimo contra Partem adversam jamdum Sus-
„ceperat A. 1703. definitivâ Dñi Archi Epis-
„copalis Consistorii Sententia rite et servato Processuum ordine judiciali ter diremtam, quam pretensus Judex & Commissarius apostolicus Abbas Actis prima Instantiæ frustrà requi-
„sitis nec sibi extraditis carens, adhibitâ Ju-
„dicii appellatorii forma, sine Actuario et Actis per Procuratores Partium novis Mandatis et Syndicatu instruendos exhi-
„bendis, malè et temere pronunciando refor-
„mare attentavit, at nullo prorsus effectu legali reformavit.

76. Cùm verò postea contingeret Dominum illam vendulisticam renunciari Parochúmque emigratione sibi molestâ malè contentum de hac instabilis domicilii varietate conqueri Communitas, ut omnem querelam sublatum
Num IX ired, teste adjuncto n. IX Summarii nostri, duos hac Scabinos ablegavit, qui verò ad Protocollo Reverendissimi Archi-
„Episcopalis Vicariatûs Die 19na Junij A. 1738. declararunt Communitatem, eo quòd hactenus pro Parocho loci ani-
„mum Domicilii censum expendisset, sibi verò modò adeò renunciatæ fuissent, illam illi Domum, quam sibi uni titulo

em=

emtionis propriam suosque in usus compa-
ravit, pro Domicilio Parochi vo uedere
velle, eâ tamen cautelâ, ut Communi-
tati quot annis rationes reddantur, tum
verò potissimùm, ne quod sibi contra DD.
Decimatores præjudicium in futurum
inferatur, ac sic citò puncto excitando
pastoralis Curiæ hoc actu renunciare
videretur.

Vid. hoc adj. n. IX Summarium
nostri in textu vernaculo.

76 Jam verò quid ad ium emtitiarum assigna-
tio post bellum Succicum Parocho facta
Communitati nostræ juri contra Decima-
tricem Collegiatam præjudicat? an ex eo,
quòd Communitas è versa per Succos vera
et propria Domo parochiali aliam Paro-
cho Suo inhabitandam provisionaliter
comparârit, forsan elicitur ab illa agni-
tam fuisse obligationem præbendi Paro-
cho Suo Domicilii, quæ partem adversam
pro ruinis vetustissimæ Domûs Parochialis
ante bellum Succicum fulciendis amicè in-
terpellavit, et pro actuali reparatione
geminam quadraginta primum postea nona-
ginta quinque florenorum Solutionem
quomodocunque elicuerat, cui utrique Solu-
tioni adulterinum stipis moderatæ aut

elee-

elee mosyna nomen adstruere velle à vero et pro-
„prio sensu, qui germanico voci Almosen, subest,
tam alienum est, quàm ridiculum videtur, ad
imperandas potentioribus elee mosynas Commis-
„siones à Principibus aut Republica ordi-
„nari. Hoc sanè pro Domicilio Parochi ad
tempus et ex necessitate facta domus, emtio,
vera et propria parochiali eversa, nihil pro-
„judicii Causæ nostræ accersit, quo vel ideò
comparata esse per se intelligitur, ne domicilio
parochiali deficiente fors deficeret, Parochus
et Sacrorum usus, uti seculo XV. per me Dium
jam annum deficiat. Huc rei divinæ cessa-
„tio Confessionem Augustanam publicè jam
profitentibus cæspidanis pluribus tantò peri-
„culosior præsentiri poterat, quantò facilius
heterodoxa religio plurium animos occupare
potuisset. Hunc plurium ab avita religione
recessum præventuri Prætor et Scabini Domum
illam ad tempus et ex necessitate provisiona-
„liter emerunt, hocque emtionis titulo sui
Juris factam posteà licitè et validè uni-
alia permutare poterant, ut amplificandi
Cœmeterii Spatium ferre possent, et permu-
„tarunt, nostra protestantibus Parocho Mo-
„nacho et Conventu FF. Prædicatorum.
Negue hanc commutatitiam, pro illam
seculo jam decimo quinto inlinalam in

in ruinas veram et propriam Parochiano-
"stra Domum trans rivum Wallus antiquitus
erectam à Succis priori seculo eversam
instaurari et excitari Communitas nostra
petit.

78 Unde non capitur, quid sibi arroget Adversa-
rius, dum teste adjunito n. IV Summarii
nostri post bellum Succicum emtam ad tempus
et ex necessitate Domum Parocho tum quidem
in usum Domicilii provisionaliter concessam,
ne inducta Parochum nanciscendi aut
retinendi difficultate res divina forte cessa-
ret, ac grave animarum periculum inducta
jam hæresi induceretur, sine concessione à
Capitulo adverso petita, multò minùs im-
"petrata, penès quod tamen nulla de his
ædibus quidpiam disponendi facultas ese
nosciture, à Communitate alienatam fuisse
objicit, indeque arguitari gestit, Domum
illam emtitiam signo manifestissimo
sibi Communitati alienatam fuisse et
eam in hujus emtitiæ domûs tanum
alias ædes permutando comparatas
sibi seipse propriæ, cùm Domus utra-
"que, tam illa post bellum Succicum
emta, quàm altera posteriori, nobis
priori seculo commutata Communitati

pero

propria fuerit, verâ et antiquâ domo parochiali à Succis eversa jam tum et ante ruinosa, in quam dominium proprietatis neque Parti adversæ neque Communitati, sed Ecclesiæ competit.

Prorsus maximè impropria et ineptissima notatur illa adversarii locutio, dum ad Exercitium n. 38. ait, quod Seculo XVI. Satis ostenderit Communitas in Nieder Wallis nihil ad Ecclesiam Collegialem S. Petri attinere Domum istam, ad quam solum unus et sola obligatio veram et propriam Domum parochialem in fundo Vassavico trans rivum Wallis ab antiquo exstructam Seculo XIV. jam ruinosam, prædictæ superiori verâ per Succos eversam instaurandi et restituendæ, ex ipsa universalium judicii Lindaviensis Testimarum perceptione provenientis, nullam autem jus proprietatis ejusdam attinet. Ineptissima pariter deprehenditur illa sequela, quæ ex illa provisionali Domûs emtitiæ cum paratione ab Adversario infertur. Sui enim legitimè sequi intelligitur: Communitas in Nieder-Wallis, vetustissima et jam ante duo Secula magnam partem ruinosa verâ et propria domo pa-

ro-

parochiali trans rivum sita bello Succico
eversa quamdam domum ad tempus ali-
„quod ob ex necessitate emit, ut Parocho
Suo in illa domicilium assignaret, ne illo
Parochiam Suam desrente officia divi-
„na, uti olim usparent, et hat occasione
oppidanorum plures ex post fidei Catholicæ
ignari et sic hæreticæ pravitate tantò faci-
„liùs præoccupati religionem avitam desererent,
ergò Communitas illa agnovit sibi id oneris
incumbere, ut Parocho Suo, quem pro Sola
incolarum Commoditate adscitum adversa-
„rius nusquam daret, domum præberet. Illa
siquidem facilè in memoriam tum revocare
poterat Difficultatem, qua vix florenos
quadraginta Seppticanos, nonaginta
quinque florenos Commissionem Electo-
„ralem sollicitans pro ruinis vetustissi-
„mæ illius veræ ac propriæ Domus paro-
„chialis tenuiter sulciendis priori Seculo
XVI. extorserat, tantoque certius pro-
„videre poterat, se nihil sine sumtuosa
lite contra Insignæ Capitulum S.
Petri effecturam, quanto cautiùs peti-
„tam ab illo et exspectatam renunciatio-
„nis Chartam reddere se non posse

Cæ-

Prætor et Rabini tum temporis responderant.
Quid igitur ageret Communitas? an reparandis Belli Sufficii damnis intenta Bardi adversus illum inlenderet, cujus sumptibus serendis prorsus impar se sensit, et vel ideò etiam in melioræ ætatis futuræ spem rejectum tantisper onus litigandi posteris, tantò graviori illorum damno reservâsse videatur. Et hæc provisionalis eadem emtitiarum comparatio forsan Adversario ejusmodi quid videbitur? quod, ut Nota Stiæ Vri 30. obscurè significatur, aliàs non fecisset Communitas, nisi hæc, ex mente Adversarii, Ecclesiæ Collegiatæ abonere prætenso immunitatem agnovisset. Quo hæc tam insolens, vanissimum omninò præjudicium obtrudendi fiducia?
Multò autem insolentiùs meritò, Adversarium hîc de imaginaria quadam Acta rorum prætenso Commissario Apostolico de A. 1706. tam animosè provocare potuisse, qui genuinam emtionis hujus et alienationis veritatem à parte adversa ritè exposita m æquè parum ac acta primæ Instantiæ vidit, quod tamen in Sententia Abbatis asseri intelligitur ex verbis:
Visis actis et actitatis etc.
Vid. Attestatum Rmi D. Abbatis Fran-

Francisci Actis Commissionis
Apostolicæ de A. 1719. adje-
ctum.

79 Veris tandem judicialis Hujus Litis, cujus primum gradum ex odiosis Belli rusticani turbis ante jam et alibi re-
petierat Adversarius, in Alio propior, in quo malevolendi Studio abreptus rei acriùs urgendæ Spem et occasionem ex vi et pro-
potentia Laicorum lividè, et perperam accersit, narrando Rheingaviæ Vicedomi-
num Liberum Baronem ab Ingelheim imperantis tum Principis Electoris Anselmi Francisci consanguineum, facilè rem eò adducere potuisse, ut ejus vel Subalternorum potiùs Ministrorum Laico-
rum opera Mandata Sub- et obreptitiè impetrarentur, eo effectu, ut arrestum omnibus Decimis non tantùm in agro Vicus; aut ut grammaticè loquamur Vici Nieder-Walluf, sed in tota regione Rheingaviæ, consequenter injustè admo-
dum et mensuram pro ædificandis non tantum Ecclesiis, sed Scholis etiam nec non proluminaribus Ecclesiarum indigentiæ procurandis, imponeretur. Quasi verò perillustris ac generosi Domini L. B. ab Ingelheim Rhenogaviæ tum Vice-

Vice Domini tanti interfuisset, Capellas rurales pagi Rheingau, tales appellantur Ecclesia parochiales n. N. Scripti adversi, tam Zelosa commiseratione in Clientelam Suam recipere, ut ad Sublevandam earum indigentiam, nihil obligationis, ut pratenditur, habente Collegiatâ S. Petri, pro imponendo Decimis illius arresto falsa preces confingi, et sic Mandata Electoralia Sub= et obreptitiè elici debuerint, et per consequens preclaudatus Dominus L. D. ab Ingelheim cognato Suo Reverendissimo Archi-
"Episcopo eidemque celsissimo Principi Electori insigniter imponere voluerit, aut quasi non minùs justo, quàm Sagaci Principi facillimè imponi potuisset. Adversarius autem æquo animo dispiciat, Se in ostendenda oblatarum à Communitate nostrâ precum falsitate et his proinde nixa arresti im-
"petratione Sub-et obreptitiâ perinde, ac hìc in docenda Principi Eminentissimo exhibita à Capitulo Suo querela veritate nihil omninò prastitisse, gratis igitur asserit Arrestum illud injustè admodum ac multò ultrà omnem modum Amen-
"suram Decretum esse, frustra illius Re-
"scripti Electoralis iniquitatem in causa, quam Simpliciter exorbitantem appellat

Scriptor

Scriptor adversus, nam de Sartio Principum
circa causas privatas modestius et cautius
agere, debitæ illis reverentiæ Lex jubet.
Plurium certè contra unum querelæ si-
multaneæ quemunque suspectam saltem
non reddere non possunt. Adeóque mirum
non fuit, rem vix Sarti ac incipiendo
ab executione statim gestam esse, nihil
enim insoliti est amplius doctique vel
ipsa variorum hodiè Imperantium praxis,
quòd laborum consuetudinem et plenam
Decimarum universalium perceptionem
satis edocti et attendentes Monasteria
et Capitula, præcipuis onerosæ subditis
et sumtuosæ litis ambagibus ad Chorum
Ecclesiarum à tempore immemorabili
parochialium reparandum vel noviter
construendum, ad restaurandas aut in-
staurandas et excitandas vicorum, ubi
Decimis illa fruuntur, Domos Parochia-
les ex Dominio alto, ut vocant, Lex
superemineute per vim adigant, quod
ipsum, sicut in Palatinatu non semel
evenit, Pars adversa A. 1731. experta
fuit, dum ex gratiosissimo Sereniss.mi
Principis Electoris Francisci Ludovici
Mandato arrestum Decimis Wallufien-
sibus impositum est, non relaxatum ante
quàm

quàm Capitulum Collegiatum S. Petri anno
supra dicto Die 17. Martij vera Protocollo
declarasset, se Wallufiensi Ecclesiæ parochiali
necessariam Chori reparationem, ob quam
vinariis illius et frumentariis redditibus,
ex Clementissimo Serenissimi Mandato, im-
„positum fuit arrestum, sine morosa difficul-
„tate fieri curaturum esse, ipsamque maturati
operis Coronidem, novo tecto impositio, absol-
„visset.

Num X Vid. Adjunctum Num. X Seminarii nostri.

80 Cæterogquin hìc notanda venit falsa adversarii
allegatio, quam obtrudit vix exhibitæ Emi-
„nentissimo Principi Electori Anselmo Fran-
„cisco de concesso arresto Capituli querelâ, vix
ostensa exorbitante, emanati ab eo Descripto-
„ri iniquitate statim id cassatum et levatum
fuisse Arrestum. Siquidem veram et genui-
„nam relaxationis hujus causam dedit par-
„cior anni 1687. vindemia, prout ex Sequen-
„te Vice Domini Mandato, cujus textum

Num XI vernaculum n. XI Summarii nostri prioris
versionem latinam hìc damus:

„ Prætores cujusque Loci, in quibus
Ecclesiæ Collegiatæ S. Petri reddi-
„tibus vinariis hoc anno arrestum
impo-

impositum est, id hisce visis relaxand
eoquod hornotinum vinum ad nece
„sariam constructionem parum u
„litatis conferat, contrà id agendum
est, et certe Dispositiones previa
inducendæ sunt, ut subsecuturo pro
„ximè anno supra dicta Ecclesiæ
Collegiatæ vinarii reditus citra
ulteriorem hortatum imposito
rursùs arresto detineantur, nec
illorum sine expresso Decreto
minimum quid dimittatur.
Geisenheim Die 26 Xbr 1687.
F. A. D. Liber Baro ab
Ingelheim

Cùm verò Insigne Capitulum S. Petri
interèa obligatam pretensis Rhenoga
„via Capellis ruralibus, ad quas Lin
„davica seu verius Vasavica S. Johan
„nis Ecclesia jam circa A. 1530. à lem
„pore immemoriali parochialis referri
negavit, Servitutem Canonicam prastitis
celebrata una Wallufiensi Parochiæ, nec
non viter imponendum Decimis Linda
„viensibus arrestum anno postero am
„plius urgerent ospidani vel vanis pro
„missis decepti vel imprudenti animorum

dor=

torpore connepti, et damnosa rei suæ incuria
corrupti vel congruum et stabile Parochis
adhuc e Monachis domicilium sup̃petente Domo
F.F. Prædicatorum ab odiosis perinde ac one-
rosis Magistratibus incursationibus punctò
novi arresti suscipiendis imprudenter absti-
nentes; At sic tandem id sibi oneris acces-
serunt, ut damno suo per duodecim annos
malè feriati A. 1699. coram Reverendissimo
Archi Episcopali Vicariatu quà Judicio
ordinario litem tentare cogerentur Sententiâ
sibi favente A. 1703. justissimè direntam,
cujus Judices Rescripto Electorali, quo Arre-
stum Decimarum decretum fuerat, territos
vel quibuscunque demum causis p. scilicèt
de studio partium suspectis; ad Sententiam
injustam ferendam inductos fuisse satis
falsò at falsè criminatur Adversarius.
Falsitatem cavilli planè enormis ita osten-
dimus.

81 Scriptor adversus n. 6. Scripturæ suæ defi-
cientem causæ nostræ justitiam et n. 11.
manifestam latæ pro ea Sententiæ injusti-
tiam conqueritur, vel ergò Pars adversa causæ
nostræ justitiam deficere delexit vel non.
Si primum, quid Ecclesiæ suæ Causam haud
satis instructam fuisse adstruit. Si secundum
ut quid ob manifestam Sententiæ injustitiam

à

à parte sua interpositam ad S. Sedem Apo-
„stolicam fuisse appellationem narrat, si
enim appellationem frivolam esse et Sen-
„tentiam justissimam haberi omninò neces-
„sum erat, siquidem ad Acta Judex ita ad-
„strictus est, ut in judicando sequatur.
... quod ex allegatis et probatis non-
„stat, ait:

Zoës in Comm. ad L. 1. Decret. Tit. 33.
n. 6.

„Neque manifestam in Sententia illa in-
„justitiam Cars adversa apprehendere
aut Jure conqueri poterat, quia pretensum
in causa nostra justitiæ defectum non os-
„tendit, et proin ostendere non potuit, cùm
prudentissimè omnino presumi possit et
debeat, DD. tum DD. Capitulares Insig-
„nis Ecclesiæ Collegiatæ, si non omnes plu-
rèsve aut aliquos in re Canonica forensi
ita versatos fuisse, ut uni et mero Sui Ca-
„pitii arbitrio causam suam fiduciali ter
permittere non debuerint, nec permissse
videantur. Quis enim sibi, vel cui quis
persuadeat, unius hominis directioni
et prudentiæ plenâ cum fiducia re-
„lictam fuisse tam gravem causam,
quæ molestum Ecclesiæ Collegiatæ onus
perpetuum concernebat, et A. d'Ju9.
Insigni Capitulo restantium o-

mentu

momenti esse visa est, ut ad emissam à Commissario Apostolico Plurimùm R. D. officiali Faulhaber citationem totum convocari debuerit deliberandi causa, an coram illa Commissione apostolica emparitio præstanda sit, ut litem cum Communitate nostra contestetur. Quit itaque imaginaria inanis effugii vanitas causam adversam haud satis instructam fuisse; Cui enim credibile tandem videatur, causam intra spatium quatuor annorum et ultrà debitè instructam non fuisse, pluribus scilicet in ea instruenda perseram indubiè conferentibus omniaque actis adminicula, quæ nunc promuntur, et jàm tunc in promptu fuerunt, fideliter suppeditantibus. Et hæc adversi Processus instructio tum quidem longè facilior fuit et commodior, cùm A. 1722. primùm confecta Vallusiensium seu paternorum Ecclesiæ Altvillensis Parochianorum filialitas postea verò tumultuaria, et Capitulo inscio, non requisito, nec consentiente contra Canones facta separatio propria, et in Nieder-Wallus deinde noviter erectæ Parochiæ origo recentiori memoriæ, tum et propiori inquisitioni substitisset, tantóque certiori explorationi facilè patuisset, nisi manifestam

fig-

figmentis falsitatem subesse, rugnatum fuisset. In quibus tamen allegationibus polissimum causæ suæ fundamentum Pars adversa posuit, futilitatem Separationem veluti ex Causis Canonicis minimè necessariam n. Tit. inutiliter impugnans. Adversum itaque Capitulum causa dum cecidit non defectu Illustris Judicii Ecclesiastici, cui Scientiæ Canonicæ praxis laudem præripere non potest Abbas extra omnem Judicii formam exorbitans, nec defectu Causidici, cujus quippe Calamus fideli non unius autitensoris consilio correctus et directus indubiè fuit, sed defectu Justitiæ, quem justa Judicii ordinarii Sententia declaravit.

Adversarius autem in sua Scriptura id unum egregiè præstitit, ut longa vetustate abutens litis ultra Sexaginta Sex annos violenter protelatæ telam omni curâ fingendi evasionem avidè arripiendo. Quanquam figmenta omnia ejusmodi sunt, ut, tum re fucatum quidem dolosæ verisimilitudinis colorem ex umbratili probatione quadam admiserint, vix operosâ refutatione indigeant, sed manifestissima eorum falsi-

tas

falsitas ex ipsis adversæ Scripturæ antilogiis enor-
„mibus uctro patescat. Plura generis hujus
figmenta v: g: facta Decimarum Lindaviensium
per Trethuticum donationis, per Sigefridum
et Gerlacum confirmationis n. 36 et 37 fabulam
prætensæ filialitatis et à Wallufiensibus
Suscepta à Parochia Altavillana Separationis
anticanonicæ n. 47. et Calesiæ Vasavico-
Lindaviensis à tribus circiter Seculis in paro-
„chialem primum transformatæ Galium in-
„dicatis quoque locis, præter alia minoris mo-
„menti Specialia, plùs quàm Satis evertimus.

82. Numero 34. Scripti adversarii Sententia Ludmi
Consistorii manifestæ injustitiæ omninò
temere incusatur: hanc enim quis exploravit?
an prætensus Commissarius à postolicus
Abbas, Judex editicius, non juratus, et ideo
priori Judici ordinario, Sc: Reverendissimo
Vicariatui inferiori, à Parte adversa im-
„petratus, à nostra non acceptatus, quamvis
non recusatus expressim excipiendo. Cum
enim ad acta Judex adstringatur, præcipuè
in Causis appellationum Actis autem Instantiæ
prioris Abbati notoriè non extraditis, con-
„tra ejus personam excipere superfluum
omninò fuerat, et proinde vanum, ac si
Communitas nostra adversùs duos illos

Eccle-

Ecclesiarum Moguntinensium Scholasticos exceptione quadam, quæ ex adverso mere confingitur, usa fuisset, quæ nihil prodesse poterat, eoquod ab dolitio ejusmodi Judice, qui satis forte suspectus Communitati visus fuerat, suscipienda causæ cognitio nonnisi ex aliis institui potuerat, quibus ter frustra requisitis carens ab omni putatitia potestate judiciaria, sicut Collegæ, omnino abstinere debuerat, et non abstinens hoc ipso nullibi processerat. At hæc ipsa Constantiæ prioris Acta, si Abbati ad postulationem partis adversæ designato Judici, cui, quia sibi faventiorem credidisse videbat, potius quàm uni Scholasticorum Consudicum ex Electione libera Descriptum Delegationis præsentavit, extradita essent, nihilominus contra personam Judicis pretensi salva manssisset exceptio, vel ideò, quia ejusmodi suspectum directa personis nominatim expressis Descripta eliciendi unique præsentandi modum, testibus:

Carolo Févrète Lib. 4. de abusu. Cap: 2: num 11. et

Van Espen Carb. 2. Pt. 3. Cap. 4. n: 44.

nec fieri nec tolerari oportet ex ratione Juris

Juris Ensueti in ~~Lib~~. II. de Judiciis:

" Observandum est, ne is Judex detur,
" quem altera pars nominatim petit;
" Idenim iniqui esse exempli Adrianus
" rescripsit.

Huic Judici delitio Soli nempe Abbati causam ipsamet Communitas cum plena fiducia re-
"liquerit? Quis credat Adversario fiduciam ejusmodi Num. 6. allegandi & non probandi?
Sed ad rem ut reducamus manifestam, ut Pars adversa criminatur, Sententiæ victricis injus-
"titiam quis in scripto declarare ausit? arro-
"gare id profectò sibi Pars adversa non debet, quæ in Causa propria Judex esse nequit.
Nec pretensus Judex Abbas potuit, qui pre-
"tensam et quidem manifestam causæ nostræ et Sententiæ victricis injustitiam ex actis et aditatis edoceri debuit, quorum nullis visis, fidem plenam faciente testimonio Dmi
D. Abbatis Francisci ad Diem 30. Sep-
"tembris A. 1749. in forma authentica edito, pretensus Commissarius Judicialem causa cog-
"nitionem instaurare planè non potuit;
Quænam verò et ubi sunt illa coram Abbate aditata, ad quæ Adversarius n. 33. & alibi provocat? quis illa exhibuit? ubi Manda-
"tum procuratorium, seu Libera Syndicatus,
"um verba sunt.
Van Espen Part. 3. Tit. 6. Cap. 3. num. 23. nullus.

nullus tamen Procuratorum potest causam aliquam suscipere aut prosequi, nisi mandatum sive procuratorium habuerit: ipsaque auctoritas Procuratoris etiam nunc hodie ex mandato seu procuratorio dependet.

et teste, apud Van Espen, ibidem citato Simone Groenewegen ad Instit. de Satisdationibus §. 5.

non admittitur hodie Procurator absque mandato, etiamsi caveat de rato.

Vid. Van Espen vit. Capitis Num. VII.

Ubi Protocollum, in quod per Procuratorem procuratorio Mandato aut Syndicata instructum necessario faciendae ejusmodi additatorum exhibitio fideliter et specifice referri debuerat, per graphiarium, circa ejus requisitionem juxta Constitutionem Concilii Lateranensis sub Innocentio III. relatam in

Cap. ii. x. de Probat.

provisum est, " Ut tam in ordinario Judicio, quàm extraordinario " Judex semper adhibeat, aut publicam " Ei potest habere? personam, aut " duos viros idoneos, qui fideliter universa Judicii acta conscribant: videlicet Citationes, Dilationes, recusa-

tio

» recusationes, exceptiones . . . . appella-
» tiones, . . . et cætera, quæ occurrerint
» competenti ordine conscribenda, loca
» designanda, et tempora et personas.

Cæquis demum personæ ejusmodi publicæ, quæ
Cap: 11. de Rescriptis in 6.

à notando Notarius dicitur, Characterem et no-
»men memoriæ prodet, aut in hujus defectu saltem
Duos viros idoneos, qui fideliter universa prætensi
judicii hujus appellatorii acta conscripserint,
Suis ex nominibus et conditione noscibiles de-
»signabit:

Sed maluit Abbas rem privatissimè sine adhibito,
prout de Jure par erat, Actuario geri, ne Ss. Ca-
»nonibus Legibusque illicitæ ad ferendam Senten-
»tiam procedendi rationis nullitas per graphia-
»rium forsan innotesceret, illâque positâ in Sen-
»tentia reformante allegationis falsitas, qua
visis priùs Actis et Actitatis lata esse dicitur
si autem non irrita esset à Parte adversa
elicita pro favente sibi Judice Brevis Apo-
»stolici impetratio, adid, ut aut iniquitas æqui-
»tati tantò forsan felicius prævaleret, aut
saltem falsitas veritati olim et justæ
causæ nostræ meritis eò facilius præjudi-
»caret. Atque reformatoria Judicis præ-
»tensi Sententia ne post mille annorum
decursum in rem judicatam transire potes-
sium contra LL. Canonesve prolata, licèt
non sit appellatione suspensa, ipso Jure
non

non possit subsistere, et vel ideò, elapso etiam quadriennio, quod tamen abiisse negamus, causa resumi valeat.

83. Cum autem Communitas jam seculo 15to impleëndam à Carte adversa obligationem ursisset Capitulum de procuranda vera et propria Domus parochialis in ruinâ jam tum proclivis restauratione primùm amicè interpellando, remdeinde coram DD. Commissariis Electoralibus agendo, qui in productis ex adverso citeris nec Clementissimi Principis Electoris et Archi Episcopi Moguntini nec indicatæ Parochiæ Collatoris juribus, multò minus Prælatoris et Scabinatûs nec totius Communitatis Nieder-Wallusiensis juri quidquam detractum voluerunt, et impetratis primâ vice quadraginta, deinde nonaginta quinque florenis, à Carte adversa tum sponte agnita tum à DD. Commissariis perspecta, imò ob expressam damnorum à grandine, bello fulmine et similibus causis Dandorum exceptionem confirmatâ sit obligatio Domum pastoralem in Nieder-Wallus reficiendi et restaurandi, manifestâ deprehenditur falsitas asserti, quo asseritur, quòd Communitas Domûs pastoralis excitationem denuò urgendi occasionem et ansam ex eo arripuerit, quia, dum Anno 1729. novus à Dominicanis Mo-

Mogurtinis Parochus praesentandus esset, haud
citius à Dmo Vicariatu Mogurtino et Emo
ac Serenissimo Archi Episcopo Francisco
Ludovico Nieder Wallusiensibus databatur
Parochus, quàm Scripto et Sigillo se obligarent
ad congruam domum parochialem novo
Parocho subministrandam.

Nam, ut ex illo, quem Cars adversa Nro XI
Summarii sui suppeditat, Extractu Pro-
tocolli de dato 8h. Maji 1729. constat,
Reverendissimus Archi Episcopalis Vicaria-
tus Serenissimo Principi Electori et Emi-
nentissimo Archi Episcopo significabit, quòd
in oppido nulla Domus Parochialis reperi-
tum adesset, in qua Clericus habitare posset,
ideóque Parochiam Dominicanio relinqui
posse proposuit, Serenissimus autem resolvit,
edita ad supplicam PP. Dominicanorum
declaratione firmissimè standum esse, eoque
potiùs ac Parochiani noviter praesentando
qui Clericus esto, de congruo Domicilio
prospicere fecint.

Sed quid provisionale Decretum Serenissimi
Communitati nostrae praejudicabit Edictum
ad hoc erat Parocho Clerico, quem Subsidii
Monachis Communitatis supplicantis in-
terimerat, de domicilio congruo provisionaliter
providerit, ne gratiosissimum Decretum

suo

suo frustra relato effectu, Neque enim Communitas eo gravata est onere, ut Do-
„mum sed congruum duntaxat Domicilium
Parochis in posterum Clericis procuraret,
nec etiam Serenissimi mens fuit, ut non ha-
„bitâ cognitione, cujus culpâ Domus pa-
„chialis in Nieder Wallus deficeret, de à quo
illa restituenda esset, Communitas onus per-
„petuum subiret, quippe qui stabilis Domus
Parochialis defectus Serenissimo tum non
expositus fuit, qua occasione inductus
84. fuerit. Hîc autem prorsus non intelli-
„gitur, quid adversarius praestiterit nudè
narrando, quòd Communitas, cùm Elec-
„tore Moguntinum praedictum Francis-
„cum Ludovicum pro restaurandis,
ut praetenditur, Ecclesiis sollicitum
sciret, adeum in Silesia uetra 100. Leucas
germanicas absentem falsa narrata
submiserit, et manu Secretarii qui post
insignis à Catholica fide apostata eva-
„sisse dicitur, scripta Decreta varia, ipsa
rursus omnium Decimarum sequestra-
„tionem obtinuerit.

Quasi verò Scriptor adversus precum
falsitatem simpliciter praetensa nu-
dè narrando probaret, aut Sereniss-
„simus Princeps, cujus sagacitatem
Silesii praedicant & Moguntini,

in

in Edendis Decretis Clementissimo tam proceps fuisset, ut per Secretarium illum apostasiæ insimulatum, ujus ne nomen indicavit, Decreta saullima Sub- et obreptione elici potuissent, aut Decretum arresti propria Serenissimi manu non subscriptum Dudmus Archi Epis- „copalis Vicariatus recepisset.

85. Illi verò memorata totius Causæ ad S. Sedem remissio, quæ à Dmo Vicariatu, agnita rei à pretenso Commissario Apostolico judiciali authoritate A. 1735. facta fuisse prætenditur: si tamen vera sit narratio: „nitebatur Suppositio, Acta primæ Instantiæ Abbati extradita-ordinemque Processus rite servatum fuisse, quod tamen vel ex eo evertitur, quòd nullæ Abbatis reversales Literæ Actorum extraditionem testantes nec Acta Commissoria Actis causæ adjacuerint, et reformatoria Judicis prætensi Sententia nulli Protocollo inscripta fuerit.

86. Præterà omnino ex adverso refertur, Communitate circa A. 1744. Dnum Archi- „Episcopalem Vicariatum adeunte, ut Commissionem in R. L. D. officialem Faulhaber directam impetraret, à Parte adversa impeditam fuisse hanc cognitionem causæ, ex quo æstimari potest, quo sensu Pars adversa Libellum excusa fuerit, et litis

hujus

hujus finem anhelarit, quod nro S. Scripturæ sue crepat adversarius; Notari insuper æquè meretur manifesta falsitas, A. 1744. impeditam à Parte adversa fuisse tum cognitionem Causæ ut pote ab Apostolica Sede jam Decisæ, cùm falsis precibus, uti supra ostensum, à Parte adversa pro Bulla Romæ Sententia primùm A. 1753. in lucem prodierit. Ejusmodi nota est illud figmentum, quo Communitas circa A. 1749. directum ad Officialem Moguntinum p. m. D. Faulhaber Sub- et obreptitium Breve appellationis sine mentione rei judicatæ sub cano Romæ expiscata fuisse contra clarissimum ipsissimi Brevis appellatorii tenorem impostoriè omninò et imprudenter confingitur. Quæ falsitates evidentissimæ cùm jam superiùs plenissimè confutatæ sint, omnia ibidem dicta hùc repetimus. Cæterùm falsum quoque est, quod Z. L. D. Officialis Faulhaber p. m. tumultuariè, attentativè et nulliter processerit, prout jam supra ostensum est. Hinc æquissimo Jure Communitatem restituit contra rem ab Abbate non ex Actis, quibus caruit, nec ex Actitatis, quorum nulla per Procuratores Syndicatu in-

Stru-

instructos exhibita sunt, iniquè, nulliter, in-
"versoque Processuum ordine perperam et fri-
"volè judicatam, cujus vogn itor pretensus
Abbas Judex editicius, Actuarium putatitio
Commissioni suæ non adhibendo contra indi-
"catam Superiùs Concilii Lateranensis consti-
"tutionem gravissimè impegit Sciens et volens
/: neque enim Sante Scientia Canonica, quæ
mirùs adeò laudibus nium C. operis adversi
in Judice illo deprædicatur, aliter præsumere
licet :/ Item proinde Iram fecit, cujus rog=
"nitionem nonnisi præstito ad hanc Causam
juramento Singulari, nùm generali adstrictus
non esset, Actisque priorib instantiis sibi
extractis, tum viso demum et Actis Commis-
"sorijs adjecto Syndicatu, qua Partis utrius-
"que Procuratores instructos esse oportebat,
Susipere legitimè poterat.

Falsum quoque notorium est, Parlem
adversam in ipsa Causa principali definitivè
neque dum additam imò nec comparentem
condemnatam fuisse, nam testibus Actis
Commissorijs A. 1749. Capitulum adversum
die 12ma Aprilis per Scriptoram publicam
ab Actuario Commissionis expeditam
et ab ordinario Dmi Archi Episcopali
Vicariatus Cursore Casparo Keller
insinuatam legitimè citatum est, et per
Deputatum à se D. Canonicum Ca-

Capitularem de Vehringer non comparuit, qui publicatis tum Brevis apostolici ejusdem sibi communicari petiit, prafixo octo dierum termino ad se declarandum, sed elapso hoc octidui termino tandem Capitulo die 10ma 8bris ad inferendam exceptionem quindenæ spatium prafigitur, quo termino perentorio pariter neglecto, nec exceptionem inferente Capitulo jam contumaci Communitatis Procurator Arzen contra contumaciam implorat, et producto syndicatu in contumaciam pronunciari petit, publicata die 20ma 8bris judiciali sententia, quam quidem prævertere voluit Pars adversa post lapsum termini perentorii domo Mandatum re- et avocatorium elicere laborans, quod falsis, ut supra advertimus precibus expiscata est, at serius, publicata nimirum sententia, primùm Domæ transmissum accepit. Pars itaque adversa se non auditam frustra conqueritur, non enim audiri voluit, qui ad respondere neglexit, se autem non comparentem nihilominus condemnatam esse falsò confingit, quia post primam comparitionem apostolico commissioni præstitam neglectis tribus Terminis contumax fuit.

Et

Ex his profectò satis intelligitur enormis illa falsitas, P. L. D. Officialem Faulhaber p. m. tumultuariè attentative et nulliter processisse.

87 Error autem geminus, Capitulum Collegiatum habere curam habitualem in Wallus, ubique quà Parochum habitualem in Wallus seu potius in Judicio Lindavienſi Decimas percipere vel ex ignorantia vel precipiti Scriptoris in Confiderantia irrepſit neque nostro excidit talento, neque Causæ principali officit; Multa siquidem Capitula et Monasteria quà Decimatores universales Ecclesias et Domos Parochiales Locorum, ubi decimant, reficere, reparare, et instaurare tenentur et solent, licèt Decimas titulo curæ habitualis non percipiant, quod notorium est. Pars verò adversa docat titulum, quo illi jus universaliter Decimandi in Judicio Lindavienſi competat, non enim titulum donationis verè obtendere potest, uti supra n35. 67 ostendimus, cùm A. 1522. falsò confictum emtionis titulum non probârit, producendo itaque Instrumento authentico genuinè et verè docat, qua ratione, quo seculo et anno Judicii Lindavienſis Decimas possidere coeperit. Porrò ineptum est postulatum adversum, limites antiquæ villæ Steinheim

et

et Limites villæ Ober-Wallus et Limites Villæ
Neudorf et Limites Villæ Rhode Cæteraque
„rumque Villarum in Diplomate Cæsarei
Archi Episcopi Moguntini nominatarum
secernì debere, solos nimirum subseu-
„dati ab Illustrissimis Comitibus de Nas-
„sau Judicii Lindaviensis Limites
à territorio temporali Moguntino
secernendi sunt, eóque magis, ac in
nullo allegatorum ex Adverso diplo-
„matum ulla Villæ Neudorf mentio
deprehendatur. Quòd si ergò vera et
propria præpriorum Judicii Lin da-
„viensis Limitum discretio à Ditione
Moguntina debitè attendatur, falsissi-
„mum profectò esse perspicitur, parum
glebæ remanere Judicium enim Lin-
„daviense plurium quàm septies mille
terræ agrariæ et vitiferæ jugerorum
ambitum complectitur, paucis contrà
prædiis, quæ Wallusienses in fundo
Moguntino possident, tricena vix ju-
88 „gera conficientibus. Aegrè immeritò
Adversarius virulentum Stilum suum
hic strinxit adversus publicum de
Parochialitate Ecclesiæ nostræ Testi-
„mo-

Testimonium, quod quia, Capitulo adverso non
audito vel potiùs non rogato, à Reverendissimo
Archi Episcopali Vicariatu editum est, emen-
dicatum malevolè non minùs ac temere
carpitur, quasi verò Dnus Vicariatus ad
impetrandum gratiosè hoc testimonium
Capitulum adversum evocare, aut illo
invito et reluctante denegare debuisset.
Nullum certè filialitatis vestigium à Dno
Vicariatu deprendi potuisse rectissimè creditur,
nec in edendis ejusmodi Literis inconsultò
praecipitem fecisse, prudenter præsumitur;
Neque necesum fuit exprimere, quæ necessariò
exprimenda fuisse, ex adverso prætenditur,
Cuisquis enim Patronus fuerit, qualecunque
sit ab origine Jus Patronatûs, an laicale
an Ecclesiasticum, nihil refert, Ecclesia S.
Johannis Baptistæ nihilominus est verè
Parochialis, ita quidem, ut nec à Dno
Archi Episcopali Vicariatu verum ~~ad~~ ex
adverso prætensæ filialitatis aut à filialitia
Matrice in Ritu Dependentiæ vestigium
investigari, nec à Parte adversa detegi
potuerit.

Tota proinde deductio N. 37. ex defectu
Curæ habitualis desumta nihil robis
facessit negotii, notanda tamen est alle-
gatio, quòd Collegiata adversarii

Semel

Seculo XVII. tam in Imperiali Camera Spirensi quàm alibi totis viribus propugnarint, nihil juris circa Ecclesiam S. Johannis Collegiatam competere, quæ tamen propriarum uni Communitatis dium permutationem sine Concessione à se petita nedum impetrata fa-
„dam n. 31. insolenter objurgaverat. Ex illo autem circa veram habitualem errore per inconsiderantiam præcipitem aut in-
„vincibilem et ab omni subdolæ imposturæ labe immunem ignorantiam Scriptoris allegato, cùm Causæ substantiam non afficiat, neutiquam erui potest, quàm justam, ut adversarius ironicè objicit, causam Communitas fovebat.

89 N. 38. Adversarius in putatitiam emissam ab Emo Principe et Archi Episcopo Anselmo Francisco Descripsit Electora-
„lis iniquitatem immodestia acerbitate insolentissimè invehitur, dum illud non in figura Archi Episcopi, sed Principis opera Ministrorum Laicorum editum commemoratur, quasi potestatis et Jurisdictionis Ecclesiasticæ et Tempo-
„ralis distinctio, quæ mera conscientiæ modus est, realiter duplicem in Principe

Cale-

Ecclesiastico personam exhibere. Quantum
ad vicum Neudorf, falsum est precisè. Decima
illius loci ab omni onere præstando, licèt
Ecclesiæ Neudorfinæ ut potè Wallusiensis Cale
sia S. Johannis, non tamen Altavillano
filiali non debeatur, immunes esse.
Arrestum verò Decimis Chenogavis impositum
nonnisi post editam à Parte adversa declara-
tionem et præstitis præstandis levatum est.
Qui autem evenerit, ut Communitas nostra
viam Juris, quæ adversarii phrasis est, inive-
rit, genuinè magis n. 80 superius jam expo-
situm est.

90 Nro 39. Scriptura adversa frustra gloriatur
adversarius suspecta de Crimine falsi notorii Sen-
tentia prætensi Judicis Apostolici reformatoria
prioris anni 1706 publicata, ac, ut persua-
dere conatur, in rem judicatam prolapsa, quæ,
licèt non in Contumaciam Communitatis ab-
sentis, ea tamen per Procuratorem Syndi-
catu necessario non instructum non compa-
rente lata est, omni jure simpliciter resci-
denda est, quia non post plenissimam causæ
cognitionem, sed extra omnem Judicii Appel-
latorii formam, fabrefacta est, et ut supra
n 21 ostensum, ne vel nudum Sententiæ no-
men habere meretur; ubi autem, et quæ

sunt

sunt Acta illa, unde fictitium illud Protocol-
„lum, et cujus persona publica manu co-
„scriptum proferetur, ex quibus plenissima
quæ merè confingitur, causa cognitio
nonsit."

Vid. Supra allegatum Attestatum à
Rmo D. Abbate Francisco in forma
authentica editum et Actis Com-
„missoriis de A. 1719. adjectum.

Atque ab hac temeraria et in mendis notor
cubante Sententia, ut prætenditur reform-
„matoria appellare nec necesse habuit Com
„munitas nostra, ut n. 14 ostensum est,
nec appellasse censenda est, cùm, per
Procuratorem Procuratorio aut Syndica
non instructum, veram Abbate rem pa
„ruisse aut quid egisse non intelligatur.

91. Ut autem Adversarius Descripti Edic
„ralis auctoritatem enervasse videretur
narratorum falsitatem prolensa m co
contra Ministros Laicos, quos Ecclesiæ
Collegiatæ infensos et inimicos Rhingav
amicos fuisse narravit, allegata Partis
Studia docere debuerat. Frustra omni
„nò conqueritur, quòd contra omnium
Seculorum præteritorum immunitatem
Idem Rescriptum Partem adversam
breri Compendio ad onera obligare

vo-

volucrit, ad quæ etiam hodiernum in Rem non obligari pretenditur. Quot enim illa sunt scula, quibus Collegiata Lab omni præ-
„statione immunem gloriatur? Quot ab hinc annis abierunt, quando Judicii Lindavien sis Decimas, quidemum cunque titulo percipere cœpit? Sanè non sculo nono, nec prætenso hunc Donationis, olim emtionis titulo. Ulteriùs qua veritate asseritur, quòd Emus „Princeps contra omnem scultorum præteri-„torum immunitatem ad onera Partem ad-„versam obligare voluerit, cùm ad onus repa-„randæ Domus parochialis obligatam se le ipsamet scripserit, quadraginta florenos sponte solvendo et Chartam renunciationis petendo, postea verò A. 1576. ad solvendos nonaginta quinque florenos à Emmissione Electorali quomodounque inducta fuerit.

Quæ duplex præstatio si Emo Principi Anselmo Francisco ritè exposita est, is ab hinc forensibus strepitosa litis amba-„gibus Partem adversam quà Reverendissimus Dioecesanus hæc ordinarius, impositio Deci-„mis arresto ad excitandam Parochialem Fabricam indubiè adstringere potuit, nunquæ Sententiæ, prima Almi Vicarii Generalis Moguntini A. 1703. et secunda Officialis Moguntini A. 1749. exactè ser-„vatis Processuum ordine, prodierint; nihil

nihil in iis Sigillatu Dignum occurrit, si
„aut in illa pretensi Judicis Apostolici
reformatoria, quæ, quot Separatos in
Scripto articulos exhibet, tot Capita nul
Nitatis obtrudit, et de Crimine Falsi non
tantùm Suspecta videtur, sed apertissimè con
„vincitur, prout Supra n 20 ostensum es
Litem itaque suam fecit Abbas Sine Acto
prioris Instantiæ sibi non visio, Sine Acto
„talio per Procuratores procuratorio in=
„structos exhibendis malè pronunciando
Sententiam non viso Syndicatu publico
„do, et Actuarium non adhibendo, qui perso
„næ publicæ Characterem referens una
„versa Judicii sui appellatorii Acta fi
deliter conscribere. An sit à Judice ge=
„rentur Sententiæ? an talis procedendi,
Sententiam pronunciandi et publicandi
ratio plenissimæ cognitionis ac Sententiæ
nomen meretur? Hoc autem, patente
vel ipso Adversario, meretur Judicatum
Dmi Vicariatus Moguntini de A. 1770.
prodiit enim Causa cognita ac processûs
ordine servato. Ita Adversarius.

Oracularè igitur n. 33. Ecclesiæ suæ
Causam haud satis instructam fuisse
conqueritur? si enim ordo Processûs
debitè servetur, termini fingunturA

et indulgentur gravitati causæ proportionati intra quos Lites satis instrui possint, præsertim à Calupidicis, quibus de Salario annuo provisum est, et omnia causæ adminicula à peritis rei Forensis Moderatoribus causarum ejusmodi fideliter et promptè suppeditantur; Porrò hìc notandum venit illud Adversarii, dum eandem Dni Vicariatûs Moguntini Sententiam Appellatione Suspensam ac causâ adversâ meliùs instructa à pretenso Judice Apostolico A. 1706. reformatam fuisse. At in quo pretensa melior adversæ Litis instructio consistit, cùm vera illo nihil actum, aut certè nihil per Procuratores Partium Suo ubringue Mandato Procuratorio et Syndicatu instruendos exhibitum sit.

Quantum verò ad Sententiam et ad Acta veram piè defuncto Domino Officiali Faulhaber, ex falsis apud S.tam Sedem Deductis, Adversarius imprudenter et frivolè repetit, quòd Judex hic per Sub- et obreptionem, silendo rem judicatam, sub Cenco impetratus, à Parte adversa stabilimentatus adeóque nunquam agnitus fuerit; Nam notoria impetrationis obreptitiæ falsitas inspicienti vel primo illius Brevis Apostolici intuitu occurrit Qui autem nullibi primò!

imò plane prejudicate mentis Distin. Nisi imò
ibidem exprimitur verbis n. 25 relatis, fal-
„sis itaque et impostoriis precibus Breve
„avocatorium Pars adversa Domæ ex-
„piscata est, quo tamen huc seriùs allato, ter-
„mioque jam termino contumaciali post Com-
„paritionem Partis adversæ per D. Can:
Cap: de Vehringer Die 15ta 7bris pro-
„rogatam elapso, causa ex Instantiæ pecu-
„riis plenissimè cognosci potuit et cognita
fuit, Præhabito quoque Domino offi-
„ciali explorata fuit falsitas allegationis
in Sententia Abbatis obviæ, qua visa sibi
Acta et Actitata pretensus Judex idemque
Protocollista et publicatæ nullibi Sen-
tentiæ testis indicaverat, postquam vis-
„cera causæ perscrutaturus et allegatam
ex adverso in actis prioribus de annis
1731. D. 22. rei judicatæ auctoritatem
cognituruus Abbatis Acta Commissoria
sibi à Successore ejusdem Dmo D. Ab-
„bate Francisco extradi requisivisset,
à quo, præter tres Chartulas Compul-
„soriales de edendis Actis primæ Instan-
tiæ, nihil acceperat.

Vid. laudatum toties Attestatum in forma
authentica datum

Ubi canonica professio Abbatialis
nullibi

nullitas tandem palliato rei judicatæ fuco denu-
„data est. Hinc Partis adversæ interfuit, judi-
„cem illum à Se recusatum fingere, illius revo-
„cationem falsis precibus urgere, mentionem rei
judicatæ in Brevi Apostolico in illum impetra-
„to omissam in Signatura justitiæ falsò primi-
„nari, seque non audiam vinqueri, quo jam
elapso termino primo et secundo audiri nolit,
et proin voluntarie meritò condemnata est.

92. Abonere autem ædificandi Ecclesiam Parochia-
„lem firmissimum vminò argumentum ducu-
„tur ad onus ædificandi ædes Parochi, Sunt
enim ædes parochiales ut

Van Espen Pa. 2. Tit 34. Cap 8 Num. 12.

loquitur, appendix Ecclesiæ, cujus adeò para-
„menta et Campanam majorem tenetur eodem

Van Espen Part 2. Tit 16 Cap 5 Num. 29 & 30.

Decimatores universales reparare tenentur.
Frustra autem Adversarius nobis Exemplum
de villa Flechtsheim, cujus Ecclesiam quoad Chorum
non ex pacto præcisè, sed ex perceptione
Decimarum Ecclesia Collegiata B. M. V.
ad gradus sustentare tenetur, immunitas autem
à sustentanda domo parochiali ex pacto quodam
potiùs repetenda videtur, quale hîc nullum est.
Pactum autem illud de sustentanda Ecclesia
Flechtsheimensi Literis consignatum videtur
in Eventum provisionalem, ne Casu repara-
„tionis

reparationis necessarie forsan existente Sum-
„mosæ lites novæ moveantur. Quidquid au-
„tem sit de allato exemplo, Subjectam illi
illationem epiphonematicam excutiamus,
quæ in terminis sic habet:

„ Quidquid verò sit, dissertissimis hisce verbis
„quoad Causam præsentem negamus Eccle-
„siam nostram Collegiatam ullo modo
„teneri ad reparationem Ecclesiæ in Nieder-
„ Wallusch.

Quæ prout argumentum ducitur in
„substratio ab Ecclesia ad Domum Paro-
„chialem.

Quasi verò ex simplici negatione conse-
„quens affirmativum legitimè deduceretur.
Quæ aliosa arguendi ratio siquid haberet
„ponderis, facillima cuilibet misperò prote-
„rum contentionibus impune præpararet
„Viam aperiret. Et Sophisticis fo-
„Vars certè adversa reparationi Chori
Suis A. 1731. Sumtibus facta Speciosum
„Stipis moderatæ aut elemosynæ gra-
„tuitæ nomen præferre non audebit, nec
„Rescriptum Serenissimi Principis Ele-
„ctoris Francisci Ludovici, quo decima
„Lindavienses arresto detinenda ese de-
„cretum fuit, donec reparatio Chori
„præstita fuerit, iniquitatis temere præsu-
„met arguere, Cui enim Principi una
„Decimarum universalium perceptio, at

tenta

attenta consuetudine Dioecesana causam legitimam et sufficientem suppeditare poterat, Capitulum Collegiatum S. Petri ad idoneis adstringendi, ad normam Sacri C. Tridentini, quod Sess. 22. Cap. 4. statuit, ut curent Episcopi congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum, ut, quae renovatione indigent aut restauratione reficiantur.

Argumentum autem ab Ecclesia ad Domum paro-
chialem tantò fortiùs stringit, quantò cla-
riùs ex dictis n. 66. constat, obligationem,
fabricas Parochiae, sustentandi jam seculo
XV. agnitam fuisse à Capitulo quadraginta
florenos ultro solvente et vana spe rata m
fiducia Chartam renunciationis petente,
postea verò alienam ruinosi ædium status
culpam veram DD. Commissarii electoralibus
falsò allegante, solutis nihilominus qua-
ginta quinque florenis, quibus inanem
stipis moderatæ aut gratuitæ omnino
eleemosynæ præcalum violenter adscis-
cere tam parum potest, quàm insolens et
ridiculum est, erogatis eleemosynis petere,
ut accipiens gratuitam stipem largitori
scripto promittat se nullo unquam tempore
futuro aliquid in eadem re amplius petiturum,
aut

aut quàm inaudituum est, ad imperandas potentiori-
„ bus eleemosynas in favorem hominum
plebejorum ab Imperantibus Commissiones
ordinari.

93. Sarcastica invectiva, quas n. 46. convehit adver-
„sarius, nihil habens ponderis. Si enim parti
adversæ videatur, Supponere Communitas
nostra, non adesse fundum pro reparanda
Ecclesia vel Domo sua parochiali, annon
frugum, vinique feracissimum Lindavien.is
Judicii solum Ecclesiæ Domuique Parochiali
reparandis sufficiat? An non dari ex Decimis
sustentandas esse consuetudo Dioecesana pro-
„scribit? præsertim cùm nullum prælen.so
filialitatis vestigium investigari possit
et deprehendi, atque vel ideò Testimonium
veræ Parochialitatis à Dmo Vicariatu
editum fuerit; Frustra proinde Communitas
ad putatitios Parochiæ Fundatores et Patro-
„nos Ecclesiæ Laicos Equites de Lindau revol-
„tatur, ad quos jus, Parochum præsentandi,
potiùs cum feudo in Curte Wasserburg trans-
„ivit, et à quibus jam forsan hæreditis illud ignoto
diu satis titulo ad Conventum Augustanum FF.
Prædicatorum circa dimidium Seculi
prioris Communitate insciis modoque

Veni-

penitus Suspecto translatum est. Adjunctum quidem nostrum Sub N. IV testatur veram Domum parochialem ultrà rivum antehac constitutam Decimatores probabiliter extruxisse. Aliquin illi certe non Lars adversa, qui Parochiæ vestræ origo atque ac ex adverso narrata Wallusiensium ab Ecclesia Alvillensi separatio propria non constat, ergò alia Decimarum traditio fuerit, necesse est, vim itaque Adversa Ecclesia Collegiata prioribus illis Decimatoribus in percipiendis quocunque titulo Decimis succesisse, eadem ad hanc, quo ad illos, attinebit obligatio, Ecclesiam Domumque parochialem instaurandi & reparandi, res enim & utilitates non nisi cum onere transeunt. Insolens omnino & invoigrua est locutio adversarii, modernam Domum parochialem, domum ipsius Communitatis esse, & nihil ad Capitulum suum vel Domum hanc vel Ecclesiam S. Johannis in Nieder Wallus attinere. Non enim petit Communitas, ut moderna, sed vera & propria Domus parochialis bello Suecico eversa, in Wassavico Judicii Lindaviensis fundo ultra rivum antiquitus constituta & horti modò graminiferi formam referens resuscitetur, prout in Libulis Commissarie-

rium

Commissariorum Electoralium de A. 1577. cautum est illa Calamitatis bellica similiumque exceptione expressa.

94. Vtro 47. falsò asseritur erroneè credita et innocenti Ducia Scriptoris extranei prolensa cura habituali Notam fere fabricam et Systema Causæ nostræ inuidi, licèt enim ex ignorantia vel præcipili inconsiderantia desumpti absq argumenti vis infringatur, vana filialitatis tamen et Somniata ab Ecclesia Elvillensi tum actuaria nec non ad eam pertinentium olim Decimarum Lindaviensium figmenta obligationem Decimatorum universalium tollere, et recepta per totam Dioecesin Moguntinam consuetudini prævalere non potuerunt. Plura certè Capitula et Monasteria Decimas universales percipientia Ecclesias Domosque parochiales bonorum reparare tenentur, quin Decimas quà Parochi habitualiq percipiant. Præterea notanda quoque venit pariter incongrua loquendi ratio, qua adversarius utitur, dicens hanc Communitatis Domum nihil ad se attinere. Nullum profectò jus proprietatis in veram Domum Parochialem, cujus à quocunque restitutæ Dominium penes unam Ecclesiam S. Johannis remanere nositur, Pars adversa sibi arrogabit; Obli-

gatio

Obligatio autem bello Succico Domum Parochialem restituendi refert naturam Servitutis Ecclesiastico quam qui praestare tenetur, nihil habet proprietati aut Dominii in rem, quam Servitutis jus affici.

95 Tandem non invidia sed veritate plenum argumentum proponit Communitas ex eo petitum, quod Ecclesia Collegiata in universo territorio Wallusiensi, seu ut magis propriè et precisiùs loquamur, in toto Judicio Vindaviensi Decimas possideat proinde juxta Sacri Concilii Tridentini

Sess. 22. Cap. 7.

ad onus fabricæ obligetur.

Adversarius quidem, postquam citati Capitis tantum integrum apposuerat, respondit, Decimarum verbum nec in hac Dispositione Tridentini, nec in Canonibus allegatis occurrere, sed tantum dici Ecclesias Collegiatas ex fructibus et proventibus reficiendas et instaurandas esse, deinde subjungit, Decimis seu fructibus, ubi hæc fructus Ecclesiæ collapsæ fuerint, onus fabricæ incumbere, salvis tamen consuetudinibus, quæ vel maximè hac in materia attendendæ forent.

96 Breviter posteà huic et ab intento Sacri C. Tridentini alienissimæ Pseudohermeniæ opponimus sequentia:

Adversarius n. 50. omittendo aliquot particulas, fructibus et proventibus quibus cunque ad easdem Eccle-

Ecclesias quomodocunque pertinentibus textum
miserè mutilavit. Quæ enim vis significandi voculis: quibuscunque et quomodocunque
„quis sensus subest? An non alterum S. Pri-
„vilegium per voculum Quomodocunque intendisse et de-
„clarasse videtur, quòd Decima cedere
„ad Parœcias earum de Jure Communi spe-
„dent? Huic sanè sensui communi non dero-
„gare, sed apertâ satis declaratione expressim
suffragari voluisse plenissimè intelligitur, dum
declarat, Ecclesiam reparatione indigentem
ex fructibus et proventibus quibuscunque
ad eandem quomodocunque pertinentibus
reparandam esse; aliosquin enim aliâ foret
97 particula Quomodocunque. Sed hæc planè
„mittenda est mens et intentio Fide-
„lium, qui teste

Van Espen Par. 2. Tit. 33. n. 6. 7.
8. 9. et 10.

Circâ Seculum à Christo nato quartum, quo
„religio Christiana ex nativo Equatore pau-
„latim aspergens prædominari cœpit, magis-
que inter populos invaluit, Zelosos Patrum
tortatu inducti Decimas Ecclesiis voluntariè
ac sponte obtulerunt; progrediente autem tem-
„pore illas Principum sacra Christi amplecten-
„tium imperio passim adstricti Decimas Eccle-
pro earum et Ministrorum sustentatione
pendere

pendere consuevérunt, quarum vicem, Cypriani ævo, usitata aliquamdiu Sportula seu obligationes quasi stipendiariæ subiverant, ut ex Nicolao I. facto advertit

Van Espen cit. Loci n. 5. circa finem.

Atque inter hos Ecclesiis eorúmque Ministris propensos Principes præcipuæ quidam dignæ viris Principibus pietatis laude excellens Carolus M. jure optimo notatur, qui, ut

Van Espen citati Loci n. 20.

refert, postquam sui Capitularis Cap. 7. sanxisset, ut ipsi sacerdotes populi i. e. est, Parochi: susciperent Decimas, et nomina eorum, quibus dederint, scripta haberent, et secundum auctoritatem Canonicam eorum Fidelibus dividerent et ornamentum Ecclesiæ primam eligerent partem: secundam autem ad usum pauperum vel peregrinorum per eorum manus misericorditer cum omni humilitate dispensarent: tertiam verò sibimet partem ipsis soli sacerdotes reservarent.

Tandem in Capitularibus Regum Francorum quo nomine vulgariter hodie citantur, Libri 2. Cap. 39. statuit eos, qui post creberrimas admonitiones et prædicationes sacerdotum Decimas solvere neglexerint, excommunicandos esse. Adeóque imperatas subditis Decimas

Extra

ornamento Ecclesiarum parochialium, id est, necessaria in re quacunque sustentationi procurandæ primariò addixit, secundariò autem usibus egenorum tandemque sustendandis Ecclesiarum Parochialium Ministris destinavit Carolus M. Et his conditionibus ut omnem illud, quà latè patebat, dilationem per modum legis inducta est aliàs voluntaria et liberrima, ubi vigeret, consuetudo Decimas Ecclesiis pendendi.

Idem Præscriptum pariter stabilivit Ludovicus Pius Imperator in Capitulari Wormatiensi. Tit. 1. Cap. 6.

Quod autem nunc reperitur in Regum Francorum Capitularibus, scil.

Lib. 5. Cap. 201

Cujus fragmentum Gratianus retulit

Caus. 16. Q. 7. Can. 7.

Decimæ itaque de jure communi et ex primæva fidelium Decimas exsolvere consuescentium Principumque eâ de re edictis pendi imperantium intentione ad Ecclesias Parochiales pertinent, quæ per suos Particulares Presbyteros, quos hodiè Parochos dicimus, regebantur. Fideles enim ut ait

Van Espen Part. 2. Tit. 33. Cap. 3. Num. 1. et 2.

ad implendum Christi præceptum, quos sui operarios et Ministros Evangelii à populo alen-

alendos esse volebat, à Patribus excitati iis profectò, qui populo Spiritualia administrarent, atque uxta m Parochiæ totius agerent, Decimas velut quasdam oblationes cedere voluerunt.

Atque hoc ipsum senserunt non Episcopi modò sed ipsi adeò Pontifices Romani.

Vid. Van. Espen cit. loci Num. 3. 4. 5. 6. 7. et 8.

Quorum hac in re Decisionibus omnes passim Canonistæ inhærent, inter quos citatus apud Van Espen

Fagnanus ad Cap. 29. x. de Decimis num. 21.

hæc scribit:

" Ecclesia Parochialis de jure communi fundat
" intentionem in perceptione Decimarum
" prædialium ex fructibus, qui colliguntur
" intra limites Parochiæ suæ, eaque passim
" servata Rota, ut in pluribus decisionibus relatis à Cardinali Seraphico Decis. 802. Num. 2.

In quibus Rota firmavit, Parochialem Ecclesiam fundare intentionem super Decimis, etiam contra Episcopum, quod et tradit

Rebuffus Tr. de Decimis Q. 7. Num 5.

Quod curati nimirum in Decimis prædialibus intra limites Parochiarum suarum provenientibus ita fundati sint contra Episcopum, ut juxta receptissima et notissima Juris principia

principia p. alienis Van Espen verbis Num. 18. cit. loci ultimur: / Parocho competant Decimæ infra limites suæ Parochiæ excrescentes, quàm diu non ostenditur aliquo speciali et legitimo titulo ad alium spectare, idque plenè et ad sufficientiam juris probatum fuerit, et, si vel circa probationem vel titulum maneat aliquod dubium, Parocho, cui jus communè favet, adjudicandæ sint Decimæ.

Eodem sensu et fundamento declaravit Bonifacius VIIII.

Cap. 2. X. de restit. spoliat.

Canonicos S. Nicolai excrescentes intra Parochiam Ecclesiæ B. Petri Decimas, quibus per Parochum illius Ecclesiæ spoliati fuerant, sese aliquamdiu possedisse asserentes, nequaquam restitui debere, nisi evidenter docuerint, quòd earum possessionem legitimè assecuti fuissent.

Hæc Decisio plenè evincit, quòd Pontifex non dubitarit Decimas plenè ac indubio jure ad Ecclesiam Parochialem pertinere, illarumque vindicias Parocho competere, quamdiu non ostenditur Decimas singulari legitimoque titulo ad alium possessorem pervenisse.

Dicat itaque Adversarius, quòd Ecclesia sua Collegiata Decimarum Lindaviensium possessionem legitimè assecuta sit, et al

Dat verum perceptionis titulum, ut præfensa Dei-
„marum ab omni onere immunitas intelligatur.
Jo certè, qui nunc pervicaciter obtenditur, fictitio
Donationis Friderizianæ titulus non tantùm
de veritate suspectus, verùm apertissimè falsus,
convincitur, ubi supra. n. 35. 36. 37. adversum so-
„lidisque argumentis plenissimè probatum est.
Hinc nec A. 1522. ad fictionem donationis
alicujus recurrit Clerus adversa, pro emtione
commiscì maluit, quam nec authenticæ emp-
„tionis literas edendo docuit, nec docere ullatenus
potuit, proinde nunc alium Decimarum quo-
„modocunque possideri coeptarum titulum præ-
„tendendo rem sibi tantò magis quidem sus-
„pectam reddit, et agnoscere vel invita cogitur
quantò liberius Diplomatis Sigefridano A-
Cerlaciano, in quibus nulla Judicii Linda-
„viensis commissi mentio, abutendo, veram et
genuinam Decimarum Lindaviensium ad se
devolutionem quæsitis sub Dio tenebris invol-
„vere, totis viribus conatur.

98. Adhuc ostendendum Adversario superest, Mo-
„nachinorum Præsulum quemquam Decimas
Lindavienses unquam percepisse, quod in
æternum præscribi non potest.
Circa factam Separatarum ab Ecclesiis parochia-
libus Decimarum ad Capitula et Monasteria
devolutionem notandum venit: Cùm auctor
non tam hominum quàm fidelium numero eorum-
que

opera

opera rustica redactis in culturam pluribus fundis terræ arabilibus, et viliferæ jam amplos Decimarum proventus provenire contingeret, ut, consuetudine illa, Decimæ Ecclesiæ solvendi, circa seculum VII et VIII. invalescente vigo-
„remque legis jam passim obtinente, Episcopi, qui, priusquam Ecclesia pluribus terris et pos-
„sessionibus ditata esset, quartam omnium proventuum Ecclesiasticorum in sua respe-
„ctive Dioecesi percipientes ex ordinaria Juris-
„dictione curam habitualem assumerent, et superfluos Ecclesiarum parochialium tum qui-
„dem paucorum reditus aliis æque pias usibus destinarent, de Subministranda Ecclesiis eo-
„rumque Ministris congrua sustentatione religiose solliciti, ne forsan irreperet usus Decimarum, quæ rationem Eleemosynarum rationem ab origine habere noscebantur, abusus in varum divitiarum Splendorem luxumque secularem verteretur; Probe si-
„quidem prudenterque dispicere poterant Epis-
„copi, insigne portionis pastoralis augmen-
„tum ex frequentioribus tum ex genio sæculi illius piis oblationibus Fidelium, Laboribus Ec-
„clesiarum parochialium clarè illa pauco-
„rum obvenire. Inde opinor, facilè eve-
„nit, ut Episcopi pio promovendæ rei divi-
„næ studio in amplis Collegiatæ Clericorum Capitula vel variis variis vestitus et institu-
„tuti ordinibus Religiosorum in orbem

Chri-

Christianum inductis Monasteria utriusque sexus hinc inde instituerent, fundarent et dotarent, quibus, vel expressim facta Parochialium unione vel ipsaque cura Decimas intra Limites earum excrescentes pro congrua determinatarum numero personarum sustentatione assignarunt et concesserunt, non tamen sine onere, fabricas Ecclesiarum sustentandi, de quo quippe in casu reparationis aut instaurationis necessarie fideliter aut sine remissione subeundo, consertis tabulis publicis non raro provideque cautum fuit, aut generali presumptione juris, Decimas Ecclesiarum parochialium esse, tot decisionibus Canonicis declarata, aut observantia consuetudinis Diocesanæ talis pro spectum esse per se intelligebatur. Hac tot Ecclesiarum Collegialarum et Monasteriorum origo, hac facta tot Decimarum ab Ecclesiis parochialibus separationis et ad Capitula vel Monasteria devolutionis ratio est, atque concedito, modicissima subinde rem pecuniæ pastoralis portione ex Decimis assignata Parochis, quæ paulatim postea deficientibus piis fidelium oblationibus ad congruam Ministrorum Evangelii sustentationem non amplius sufficeret, ita, ut vocatas in subsidium portionis congruæ varias in Sacramentorum administratione et mortuorum sepulturis exactiones, jura stolæ vulgo vocant, indulgere cogeretur Ecclesia, quæ ubi ex Christiano

Christiano Lupo

Van Espen citati Superiùs Tituli et Capit. 3. num. 22o.

Observat, pluribus Decretis contra exactiones ejusmodi Seculo XI et XII. editis parum vel ùt laudatus Auctor posterior ex priore refert, nihil perficeret.

99 Hæc autem pericula Ecclesiarum parochialium prejudicialis Decimarum separatio, et ad Capitula vel Monasteria devolutio, cùm possent contentiosos litium objectarum strepitus excitaret in foro Ecclesiastico, in quod teste

Van Espen Part. 3. Tit. 7. Capit. 1. n. 6. ex tribunalibus civilibus trium forensium circa Seculum XI. sensim irrepere coepisset, et varia effugia ad amoliendum à Decimis onus fabricæ contra urgentes Ecclesiarum harum parochialium reparationem invalescerent, quæ ex foro civili avertebat horum judicium Ecclesiastici agendi ratio tandem in profanos multiplicium insidiarum abusus ita degenerabat, ut documenta quibus de reparatione Ecclesiarum parochialium aut de congrua pastorali ab antiquo exprimi solitum fuerat, injuriâ temporum aut injuriâ hominum, funesto casu belli aut incendii subitò deperdita producere non valentes aut non impetra-

inspecta allegare negligentes vicorum incolæ adeóque
causis non Salis, bil par erat, instructis Par-
chiales Ecclesias Suas Suis reparare Sumtibus vel
Decimalibus fundi Naſavica Lindavienſis impleri non rarò ſoleant, plura igitur prædia in Cultura redacta eſſe omnino neceſſum eſt, Univerſus enim Judicii Lindavienſis ſeu Subfeudi Naſavici fundus haud ita pridem ad Calculum Decem pedæ Geometricæ vocatus octies millenorum terræ arabilis et viliferæ jugerum certè ampliſſimum computatur ambitum, quem olim circa A. 1550. fuiſſe nemini perſuadebitur, quia octies millena ſolli culti jugera vigintè octo tantùm frumenti Maldrorum Decemque cadorum vini decimalis ſeraci a fuiſſe, extra casum portentoſæ ſterilitatis, prorsus incredibile eſt, et inconcuſtibile non minùs quàm falſiſſimum Adverſarii allegatum Decimas morales in extraneo Subfeudi Naſavici territorio à Principe ſive Camera Electorali colligi.

129 Nullius contra causam noſtram præjudicii ſunt, quæ n. 73. Scriptor adverſus quaſi ſummariè indicare videtur, Corticem enim leviter tangere voluit, nucleum verò eſt vonlingere, dum ad depromptas ex Secunda Communitatis epiſtola clericales argutias, non edita prodima, Datis à Scriptore Romano ad Nros 46, 47, 48, et 49. reſponſionibus aptiſſimis, quas æquivocas et naviscam parere cantes frivolè Datis ob jejunè appellat, Supersedere maluit otioſus, quàm fruſtraneam in refutandis operam experiri. Non

Non enim ab adversario intentata Lis grammatica de genuino proprioque sensu vocis Germanicae Steuer male metuimus, ex qua proprium ridiculae Stipis et eleemosynae significatum nunquam extundet Adversarius, dum Lingua floreret Germanica, cujus meliorem cognitionem et peritiam, omnes singuli passim Lexicographi suppeditant versioni nostrae suffragantes, in quorum Lexicis ea contextus typici dispositio narratur, ut vocem Steuer per voces latinas Tributum, Vectigal primario explicent et proponant alteri, casi sensum eleemosynae, Stipis minus proprie secundario respondere indicant, alii autem vocabulum Steuer in significatu improprio et latiori acceptum pro Stipe vel eleemosyna nonnisi adjecto adjectivo sumptuario proponant, quod facit.

Kirschius in Cornu Copiae Germanico Latino pag. 308. post vocem Beisteuer „Beisteuer ist" etc.

Ubi sic habet: sumptuarium Beisteuer, oblatio, collatio, Stipes, eleemosyna.

Eodem sensu loquitur

Schubert in suo Lexico ad vocem Beisteuer.

130 Quin etiam nec ipsum Capitulum adversum vocem Beisteuer in sensu improprio et latiori significatu Stipis vel eleemosynae accepisse luculenter videtur ex eo, quod florenos quadraginta

quadraginta pro reparandis vetustissimæ
Domus parochialis per Successorum du-
ctus ruinis Communitati suppeditans
in Literis de eam datis petiverat, ut Prætor
et Scabinatus unà cum tota Communitate
scripto caverent, se Suosque posteros post hac
in avum perpetuum pro parochialibus fa-
"bricis nec quidquam amplius prætensuros
nec petiturosve esse, quod sibi inconveniens
ac impermissum esse, Prætor & Scabini con-
"victo responderunt, amicè deprecantes, ut
Capitulum petiti gravitatem maturius per-
"pendat, siquidem sibi pauperibus viarius longè
difficillimum est cautionem ejusmodi in scrip-
"tis dare. Ad quid autem illa consignandæ
literis solennibus renunciationis petitio?
nisi propriam et primariam debiti de jure
præstationis significationem vocabulo ver-
"naculo Zinsen subesse intellexisset. Ridicu-
"lum profectò est petere, ut de stipe gratui-
"ta mercâque eleemosyna etiam liberalissima
non amplius petenda sibi à recipiente ca-
"veatur, quam cautionem in scriptis in fu-
"turum præstare nullus unjusquam con-
"ditionis mendicus dubitaret, nisi recipien-
eleemosynam pari stolidæ morositatis
vertigine elaborare forsan mallet, ingra-
"tus Benefactori, unjus paradoxa et im-
"prudenter pavidæ indoli promptissimo
gratificandi obsequio cibra omnem scru-
"pulum obsequii et indulgere posset. Nec

131. Nec obstat Solennis illa, ut adversarius nugatur, declaratio sequentibus concepta verbis:

Insuper nos Rector et Scabinatus vestris Dignitatibus promittere volumus, quod id non pro jure stricto pretendere velimus.

Quibus verbis multum considit Adversarius, ideoque in productis Nro VIII Summarii sui Liberis Communitatis de A. 1576. die 9. Xbris illa subductis notavit virgulis.

Non enim simplex voluntas promittendi, quae mutari potest, sed ipsum actu quodam solenni et qualis interedere hic debuerat, non autem interfuit: nam pactum promissum cadit in debitum. Accedit, quod haec justo efficaciori suppolicandi ratio exoptatam sumtuosi cum Capitulo Eligiaversionem polissimum spectarit, ex hac igitur aequivoca et satis cauta loquendi formula nihil pro protensa ex adversorum renunciatione faciendi nostro Parochiae servilii necessariarum reparationum majorum elicitur, quin è contrario spontanea potius Partis adversae agnitio incumbentis Decimatoribus obligationis Ecclesiam, Domumque parochialem in Nieder-Wallus reparandi, sublimiter elicita est, quam adversam obligationis agnitionem Communitas planissimè cognoscere potuit et cognovit ex petitione faciendae in Scripto denunciationis, quam in responsoriis

die

Die 16ta Jan. 1577. præscriptis Prætor et Scabini simpliciter denegarunt, expressim sibi reservantes reparationem aut exstructionem fabricarum Parochialium, si grando fulmen, bellum aut incendium illis damnum dederit, quos omnes casus amicè exclusos volebant, ipsique postea Commissarii Electorales in præmissis Vro P. Summarii adversi literis de A. 1577. Die 7ma Octobris perinde reservarunt. Cum itaque veram et propriam 132. Domum parochialem, quæ in fundo subfeudi Vasarici altera rivum antiquitus stetisse nostrum, teste adjuncto nostro sub Nro IV bello Suecico eversam esse constet, illius exstructionem et restaurationem præstare Pars adversa debebitur, quia hoc onus Communitas in se non suscepit, eamque Commissarii Electorales ab omni reparationis majoris onere immunem declararunt, quippe qui nec Clementissimi Principis Electoris et Archi Episcopi Moguntini nec Parochiæ Collatoris, multò minùs Prælatis et Scabinatus, nec totius in Ridderwallus Communitatis Juribus quidquam derogatum voluerunt.

Falsum itaque titulum præfixit Adversarius Literis Communitatis Die 16. Jan. 1577.

Vro

Nro VIIII. productis et Subjunctis Nro IX. Tabulis Commissoriis Die 7ma Xbris ejusdem Anni conficiis, dum Scribit Communitatem in Se Suscipere onus reparandæ Domus Parochialis exceptis Solo Casu Celli et Nro IX. indicat Literas illas testari, Communitatem onus fabricæ Domus parochialis in Se Suscepisse, Casum Celli autem relictum prout de Jure, cùm tamen in utroque scripto quatuor Casus expressim reserventur, undè planum est, minorem duntaxat reparationum onus in Se recepisse Communitatem, quæ ab illo Tempore Parochos veram Domum parochialem jam reparatam, hâc verò per Succos eversa, aliam postea ex necessitate Subministratam incolentes ad impendendos fabricæ illi quingue florenos ad stricta vide [illegible], de faciendo quot annis impendio rationem post dictantibus Prætore et Scabinis, sicut promissum Capitulo fuerat Literis Die 16ta Jan. A. 1577. perscriptis tabulisque Commissoriis cautum esse noscitur, et testatur.

Adjunctum nostrum Nro IV

Nuspiam verò in Supplicibus Communitatis Liberi declaratur, Stipendium tantum et eleemosynam pro nunc sua spontanea Benignitate, petiit, nullibi vel unâ quidem vocula distinctè professi sunt Supplicantes Prætor et Scabini Capitulum non teneri ad fabricam Domus Parochialis; Cùm quam enim se per medium jam annum Parochia-

ra=

carnifex, et quia nullus inter periculosas Curiæ parochialis ruinas subsistere posset, Parochum sese nancisci non posse unquesti fuissent, benevolum Laudem et amicum rogant responsum ad priores Generosi et prissimi Philippi de Lindau literas et suam supplicam ad Capitulum directam, ne post modum urgente necessitate rem ad clementissimum Principem Electorem referat, quod se tamen nonnisi invitos facere velle declarant. Dictaula profectò et inutiles querelæ ulteriorius minæ fuissent, si Stipem ac meram elemosynam petissent, neque Capitulum solutis quadraginta florenis charlam solennem renunciationis de nulla contributione ad fabricas parochiales in posterum amplius exigenda petiisset, multò minùs delatâ ad Danielem Archi Episcopum et Principem Electorem querela, coram Deputatis ab eo Commissariis alienam in Conservanda Domo parochiali longævæ vel usu labis vitio in ruinas inclinatæ injuriam incusasset. Quidenim ad me aliena cujuscunque possessoris negligentia in Conservandis ædibus suis, si earum reparatio urgeatur, Domus autem ad me nihil attineat. Exceptionem ejusmodi certè non facerent adversarius, si vici alicujus incola, in quorum parochiis Decimas Collegiata percipit Curiam suam judicialem reparationi indigentem Decimatorum sumptibus reficiendam vel instaurari debere

Debere contendere nt.

Ex his proinde evidentissima Deducitur Se-
quela inferioris Wallufii oppidanos non
stipem non meram eleemosynam petiisse, et
ab Insigni Capitulo S. Petri probè agnitam
fuisse obligationem fabricas parochiales in
Wieder-Wallus reficiendi, quadraginta primùm,
deinde nonaginta quingue florenos adhibentibus
et auctoritatem suam interponentibus Commis-
sariis electoralibus pro reparatione Domûs
parochialis ruinosæ adjudicando. Falsum
133. est Communitatem fabricæ onus in se suscepisse
seculo XVII. Domicilium Parocho
suis in ædibus assignando.

Alens enim Communitatis nostræ sufficientis-
simè intelligitur ex

Adjuncto nostro sub Nro IX

134. Nunc è re nostra esse videtur, ut adversus contra
Summarium Scripti prioris cavillos excutiamus
sub Nro I. Attestati à Dno Vicariatu Moguntino
editi authentiam non infringunt vanæ Scripto-
ris adversi observationes, quod impetratum
sub tempore feriarum, nihil enim saltem
net, quod ipse adversarius vel invitis etiam
oculis perspexit. Neque necessariò exprimen-
dum erat, Ecclesiam parochialem S. Johan-
nis in Wieder-Wallus fuisse Juris Pa-
tronatus Equitum de Lindau modò con-
ventûs Moguntini PP. Dominicanorum.
Non enim sequitur Ecclesia parochialis S.
Johannis sit Juris Patronatus Laicalis
Equitum de Lindau, ergò primitivus

fuit

fuit Simplex Capella equestris, proin illius
hodiè Parochiani extranei omnino et alieno
extra territorium temporale Moguntinum
Jurisdictionis olim subditi ad Ecclesiam paro-
chialem in Elvill veluti suam p. pd falsò pre-
tensam / Matricem pertinebant. In laudato
autem Testimonio Jus Patronatus Equitum
de Lindau olim hæreditarium exprimi tam
parum necesse fuit, quàm parum nativum
ejusdem Ecclesiæ in extraneo subjecti
Vasavii fundo situs ejus ditionem elec-
toralem translatio indicari debuerant, qui
situs primitivus falsò pretensæ ex adverso
Walluffiensium respectu Parochiæ Ella-
villanæ filialitati præjudicium inferre fa-
cillimè potuisset. Porro ibidem aptissimè
et veritati congruentissimè exprimitur,
Ecclesiam dati Sanctum Johannem intra
oppidum Wieder Walluffense Diœcesis
Moguntinæ illam à tempore plus quàm
immemorabili esse et fuisse parochia-
lem; Quæ veritas tanto est irrefraga-
bilior, tanto evidentior, quanto illustrior
est ipsa veritatis hujus cognitio, quam
Vro sibi 25. prodidit Adversarius judicia-
liter jam confessus, Equites de Lindau
jam vigintiet ultra annis ante dimidium
Seculi XV. Ecclesiæ nostræ parochialis,
à tempore immemoriali Patronos, conse-
quenter et ipsam jam tum à tempore
immemoriali parochialem fuisse.

Sin

Sin autem Duo jam Seculo et aliquot annorum Decades et ultra Equites, juxta Confessionem Adversarii, in Libello Suo Articulato verè prætenderint extra inferius Wallusium Vetustam parochialem Ecclesiam ad S. Johannem Sitam esse, Se m Le Nobile de Lindau ejusdem Ecclesiæ in territorio suæ Jurisdictionis et Districtu Sitæ à tempore immemoriali Collatores fuisse et adhuc dum /: eo Se. quo :/ esse; quando plenioris non minùs ingenuæ quàm indubiæ veritatis laude, quandò illustriori explorato antiquitatis suffragio testimonium illud à Reverendissimo Vicariatu A. 1750. edi potuisse ac meriti Edilum fuisse dicatur, ad autoritatem publicè constare, Ecclesiam S. Johannis in Pfeder Wallus à tempore plus quàm immemorabili, privin verè, parochialem esse et fuisse. Nec dubium est, ex inspectis ante Libris Rmi Vicariatus antiquissimam Ecclesiæ nostræ parochialitatem non obscurè intellectam et prudenti subtili in judicando solertiæ consilio maturè ponderatam fuisse, cum enim in omnibus R. mi Consistorii Chartis, de ortu Parochiæ nostræ prorsus nihil insignatum literis occurrit, nec ullum ullibi vestigium filialitatis investigari aut verè detegi potuerit, mirum non est, Ecclesiam nostram verè et à tempore plus quàm immemorabili parochialem in laudato

Ecc=

Testimonio declaratam fuisse. Ecclesia enim parochialis ab omni retro antiquitate talis esse presumitur, quam intra pristinos olim alterius Ecclesiæ respective Matricis fines noviter surrexisse vel repugnat vel cujus Parochianos aliena olim Ecclesiæ subesse fuisse inconcepibile est aut ostendi non potest.

135. Ad productum sub Nro II. Descriptum Emmi Archiepiscopi Anselmi Francisci assicta illi Simplex figura Principis evanescit, si ipsa pastoralis, quo parœnesis illa concepta cogitur, stili ratio attendatur conformis

C. Trid. Sess. 7. Cap. 7. et 8.

Nec quoad Parochian nostram ullo modo injustum est, non enim imperata in illo Luminis perpetui conservatio et sustentatio injustitiam evincet, luminarium enim concinnationem jam An. 888. præcepit.

Synodus Melensis Can. 12.

Nec reparatio Ecclesiæ nostræ parochialis nec perficiendis ad eam Curiæ pastoralis in Lundo Slavico ultra Livum Wallos antiquitus constitutæ per bina verò jam secula ad amplius destructæ exstructio injuste et incompetenter peractæ sunt, nostra siquidem Parochia non intra Wallos surrexit, nec jam possessio à parte adversa Decimis Lindavienſibus erecta est, ut illa in Neudorf, cujus Parochiani, obsistentibus licet Equitibus de Lindau circa initium seculi XV. occasione litis, quam cum oppidanis in Niederwalles contra suos Dynastas gravi sumtu nullo fructu gesserunt

ab Ecclesia Matrice parochiali S. Johannis tumultuario Schismate semetipsi avulserunt novam in ditione Hoguntina iis eorum Vallis suis sumtibus construentes Ecclesiam baptismalem primùm, postea parochialem, quod eo Vendorfini Consilio egerunt, ut prætendentes jus Collationis Equites deluderent.

136. Mordacem Sarcasmum, quem tabo malevolentiæ suffusus Adversarii calamus in nostrum sub Nro III. adjunctum excussit, non curamus, nihil enim in solidi, nihil mihi deprehendimus, quod hoc Vicedomini Rhenogavici L. B. ab Ingelheim Mandatum parili cum Descripto Archi Episcopali subfurtis ostendat Adversarius, qui circa finem Nri 7mi. Primos Ordinarios ceteros in favorem Ecclesiarum parochialium quidquam disponentes, ut Nro ~~40~~ nobis 49 ostensum est, Zelosos ironicè appellavit.

137. Nullam prorsus attentionem adversum meretur cavillum, quod servato exactè Processuum ordine et judiciali causæ per Procuratores Mandato Procuratorio et Syndicatu debitè instructos utrinque satis instructa instituta cognitione lata per Reverendissimum Archi Episcopalem Vicariatum sententia de A. 1703. Die 22ta per illam inutilem et evidenter iniquissimam, quo, ut suprà ostendimus, totidem nullitatis insanabilis capitula primo intuitu obvia fiebat, quot separatos in Scripto refert articulos, ipsoque jure penitus nulla ne nudum sententiæ nomen habere meretur, quam ferens Abbas prætensus Judex, at dilectus, non juratus, nec à Judice prioris

Jun

Instantiæ, nec à Communitate per Legitimum in se Consensum agnitus et acceptatus non visis actis et aditatis per Procuratores Mandato et Syndicatu necessariò instructos exhibendis nonnisi attentativè nulliterque provexit, crimen falsi commisit, et contra Præscriptum C. Laberanens. ad conscribenda putatitii sui Judicii appellationis Acta personam publicam non adhibendo Statutam ab eodem Concilio poenam incurrit Suum inutilibus reformationum rotam falsis Procuratoribus publicavit Judex, idemque simul Protocollista defectum actuarii supplens in Actu, qui Solennis et cum Dignitate autoritatis Judiciariæ conjunctus esse debuerat.

138 Quæ contra exhibitam sub Nro VII. Summarii nostri prioris Sententiam Rl. L. D. Officialis pie defuncti Cadronæ Causæ adverso hic redoguit, vana funt nulla; constat enim

Imò ex ipso Brevi Apostolico in Rl. L. D. officialem impetrato et Actis Commissionis illius apostolicæ in Liberis originalibus adjecto, mentionem rei A. 1706. judicatæ non prætermissam, proin Rescriptum illud apostolicum non sub et obreptitium esse, et A. 1753. rotam Signaturæ justitiæ ex adverso prætensam prædicti Rescripti sub Cano impetrationem pessima fide laborare. Constat

2dò ex Actis Commissoriis, Partem adversam

Dico

Die decima Octob. a. 1719. edita Scriptura publica ab Actuario Commissionis expedita Sigillo Rmi Vicariatus munita et à Cursore illius ordinario Gaspare Zeller insinuata, ritè citatam fuisse, quod in Signatura Justitiæ ex adverso præterrè negatum est, hìc verò contra fidem Actorum negari nequit, ex quibus patet

2tiò D. Canonicum Capitularem de Ehrenger Capituli hìc Deputatum, teste Protocollo die 15tia 7bris. ad agnoscendam Commissionem Apostolicam comparuisse, qui, postquam Commissorium publicari audivisset, illius Copiam petiit tunc sibi cum Decreto, quò petitus octo Dierum Termino Capitulo prælegendum ad se declarandum. Actis iisdem in testibus perspicitur

3tiò Post lapsum hujus oblati nec declarationem edente Capitulo, die 16ma 8bris ej. a. in nepotum, Decimâ sextâ verò Dicti mensis insinuatum sic Decretum, quò ad inferendam exceptionem Spatium quindenæ pro secundo et tertio termino peremtorio præfigebatur. Horum hìc Rt, Judicem hunc Apostolicum Actis Instantiæ prioris extractis à Judice ordinario Rmo Vicariatu aquitum, à Parte adversa non recusatum Jurisdictione earuisse. Iisdem actis insistendo patet

4tò Evoluto quindenæ Spatio nec exceptionem inferente Parte adversa, contra Contumaciam illius, nomine Communitatis Procuratorem Arzen implorasse, producto ante Syndicatum Judicis attentatoria procedendi ratio? annon

Parti

Parti adverse constabat illa Dmi Archi Episco-
„palis Vicariatus Moguntini ordinatio de A.
1738. 2 cujus

Tit. XI. de Libellis et Terminis §. 7.

tres tantùm terminos, Partibus proeligendos
esse sedulenter prescribitur; An in eo Commis-
„sarius Apostolicus attentativè, aut ubi alibi
criminosè diuiter, tumultuariè processit, quòd
ex adverso pretensam in actis anterioribus
rei per Abbatem judicatæ auctoritatem explo-
raturus à Dmo P. Jacobi Abbate Francisco
pretensa tot diebus acta Commissionis Apostol-
„ica ab Antecessore illius Patrocinio inutiliter
exercito requisiverit, à quo nihil præter tri-
„plicatas nullo effectu Compulsoriales proceden-
dis primæ Instantiæ actis ad Dmum Vi-
„cariatum Directas, quæ pro actis reputari
„tari nequeunt, receperit, fidem plenissimam
faciente testimonio ejusdem Dmi Abbatis
Francisci manu propriâ subscripto et
sub fide publica Sigilli Abbatialis die 30ma
Aprilis 1749. in forma authentica edito, ex
quo tandem substantialis præbensi per
Abbatem judicati ex omnibus Causæ Capi-
„tibus nullitas plenissimè involvit.

Interim Pars adversa jactitatam aliàs rei
A. 1706 judicatæ auctoritatem hîc tandem
penitùs everti et in inanem vanæ gloriolæ
umbram convidere molestè ferens
causæ jam sibi diffidere cœpit, Judicemq.

Apo-

Apostolicum, quem prestita per D. Can. Capp. De Vehringer Comparitione agnovit nec recusavit, tædas Alpes perhorrescere maluit, quàm instituendam causæ in illum justissimè circumscriptæ cognitionem submittere, suam post quindenæ spatium exceptionem inferendo. Sed an sic provocatur? annon hoc est legitimam Judicum auctoritatem pro libitu eludere? cui non frivola videatur ejusmodi appellatio? annon vulgatum satis est, agnita Judicis auctoritate locum non esse appellationi nisi à Decreto illa gravante, ut imminens ab illo præjudicium vel damnum reparari aliter nequeat? ubi verò et quodnam ejusmodi Decretum fuit, quod adversam Partis contumacis appellationem justificet? an ut frivolæ provocationi à Sacra Signatura deferretur, in Brevi Apostolico ex hac parte impetrato prætermissam rei per Abbatem Judicatæ mentionem mentiri ingenuum erat? Qua sinceritate Pars adversa in exhibitis coram Signatura Justitiæ Scriptis negare potuit, se ad hanc Causam nequidem citatam fuisse? Quæ rationabilis causa, Commissarium Apostolicum jam prestita per D. Can. Capp. De Vehringer comparitione, nec recusatum, tandem elapsis jam pluribus terminis pro perhorrescendi? Descripta scilicet exinanitum juvat, cùm ad viscera et radices Causæ suspecta penetratur. Hæc dum sub certis quasi cuniculis aguntur, evoluto jam termino contumaciali causa ad ferendam sen-

Sententiam satis instructa tandem in Contumaciam Partis adversæ non respondentis pro conclusa acceptatur Die 26ta Xbris 1749.
Judicatum prioris ex adverso appellationis cassatur, et Collegiata quà Decimatrix universalis ad ædificationem Domus parochialis necnon in expensas illius Instantiæ condemnatur uno Seriùs et altero diebus delato huic Mandato re-et evocatorio.

139 Sub Nro XIII. Summarii prioris, adversi sub Nro II. exhibitum in estenso Documentum quàm facili conatu quoad hanc Causam penitus enervetur quàm solidis exin depromtis argumentis eâdem cum superstructarum illi mera rum hypothesecon Systema disjectum sit, sentiet Adversarius, si pretensa Decimarum Lindaviensium ab obligato cum Parochia nostra nexu immunitatis fundamenta ab imo eversa restaurandi onus subire non gravabitur.

140 Ex allatis Nro XIIIv. prioris nostri Summarii literis Communitatis Die 9. Xbris A. 1576. ad Insigne S. Petri Capitulum perscriptis, quæ illum connexis ejusdem argumenti cæteris tandem in lingua vernacula Dni Adversarii at malè in Latinum ex hac parte translatas criminatur, Decimarum Lindaviensium ab unere fabricæ immunitatem solidè probari imaginario ex adverso Critico grammatico, vanum omnino et ridiculum est terriculum.

Quod

Quod si antecedentium enim cum consequentibus
indissolubilis nexus qualis perstringatur et
nativa vocum Germanicarum significatio Sen-
susque proprius et diversa Stili officiosi ratio
attendatur, nihil pro Scopo, qui ex adverso in-
tenditur, solidè excludetur, quin potiùs ad-
versam pretensionis nostræ agnitionem in
ipsam longè solidiùs fundatam esse per-
spicitur.

141 Ex nostris hucusque Deductis evidentissimè
perspicitur, pro Causa nostra stare Senten-
tiam à Dno Archi Episcopali Vicariatu Gene-
rali Moguntino ex actis genuinis completis
non mancis aut mutilis, per Procuratores pro-
curatorio et Syndicatu debitè instructos ex-
hibitis, causâ ultrimque sufficienter instru-
cta et submissa in forma authentica et judiciali
lata et servatis quibuscunque Solennitatibus
die 28. Junii A. 1703. publicatam.

Ido Inconcussam judicati hujus auctorita-
tem inutili illa contra Leges Canonesque
nec ex visis actis aut allegatis ullis, quæ stante
putatitio Abbatis judicio appellatorio juxta
Constitutionem Concilii Lateranensis penè
publicam idonei Actuarii personam in ori-
ginalibus tenere debuerant, lata et negle-
ctis temere Solennitatibus vorum falsis
Procuratoribus publicata Sententia neu-
tiquam infringi, cujus fabricator Abbas
Judex delitus, non juratus nec à Dno Vica-

rio

Vicariatu quà Judice ordinario et hypothesi
adversa respectivè Superiore agnitus nec à Com-
munitate nostrâ, per legitimam comparitionem, quam per falsum Procuratorem
præstitisse non intelligitur, unquam accep-
tatus sine suis ejusdem secum Charactéris
Collegis non aliter, nisi nulliter provedere
potuit, solus autem provedens et sine Actis
agens per se nusquam Judicij commendatæ po-
testatem attentativè usurpavit, visa verò
sibi acta et adhibita fuisse in Charta Sen-
tentiæ significando De studio partium
se non modò suspectum, sed criminis falsi
reum fecit, et Italiæ esse sufficienter et
apertissimè convincitur ex illo solenni
Testimonio, quod, præcia requisitione
Altorum præsentium oratorum Abbatis Instan-
tiæ appellatoriæ Successor ejus Reveren-
dissimus D. Abbas Franciscus Die 2ma
Xbris A. 1719. in forma Authentica expe-
ditum unà cum adjacentibus ei tribus Schedis
ad Commissionem Apostolicam transmi-
sit: Ex his substantialibus tum dictarii
Processus Abbatialis nullitatibus per se
intelligitur.

Sit apertè iniquissima prælensi Ju-
dicij edititia Sententia, sed tamen hoc
nomen meretur? ideò insubsistentem esse,
ut fiat appellatio ab ea per falsum

Ego

Procuratorem interposita ipso Jure nulla est,
ita quoque nulla fuerit necessitas legitima, ab ea
appellandi, nimirum ex multiplici nullitatum
insanabilium vitio rei judicatæ vires et
firmitatem recipere nunquam valeat, provin
ùtò incompetenter atreptæ abuno Abbate
Jurisdictionis judiciariæ tubus delegato,
usurpatio violenta justissimè ad Principem
Serenissimum recursu circa A. 1731. elisa
est. Ineptè hìc adstruitur damnata hypo-
thesis adversa Ord.um Archi Episcopalem
Vicariatum fuisse inferiorem prædenso Judici
Monacho, qui, considerata Abbatis persona
delegationis Apostolicæ quidem capax erat,
superiorem autem agnosci vel delegatam Juris-
dictionem judiciariam exercere non poterat
ex Defectu qualitatum, quæ in Judice attendi
debent ac solent S. Abbas, juti et alteri duo Scho-
lastici ad totam Causam simul delegati, Cha-
racterem personæ publicæ et judicialis non
referebat, nec in ordine ad decidendas aucto-
ritate judiciali causas Ecclesiasticas Ord.no
ordinario aut vices ejus gerenti Ord.no
Archiepiscopali Vicariatui juramento
solenni adstrictus erat, non enim generali
quia Judicii hujus membrum notoriè non
fuerat, non Speciali ad hanc Causam,
ubi enim, quando, et cui illud præstitit?
Judices autem juratos esse debere, Stylo
fori

praxis firmavit. Si post C. Laterane[n]se Notarium aut graphiarium Curiæ alicu-
jus Ecclesiasticæ personam publicam esse
oportet, quanto potius is Character in Ju-
dice juxta idem præscriptum attendendus
erit et necessario exigitur? Ex dò Idem
Abbas nec in decidendis practicè causis versa-
tus fuisse per se intelligitur ex tota nullibi
instituti processus appellatorii serie nullum
enim adhibuit prolensæ Commissionis Actua-
rium, nec ullum extat Protocollum ad hanc
Causam conscriptum, ex quo constaret Par-
tes ritè citatas fuisse aut pro instruendo
requisito ad hanc appellationis Instantiam
novo Mandato et Syndicatu Procuratores
legitimè comparuisse, illemque inter se
contestatas momenta causarum illatis
utrinque Scriptis inter litigantes ventilata
fuisse, ut sic instructo sufficienter causæ
cognitionem prolensam illatis manibus
tractatam vel conscientiosum Judicis
Ecclesiastici ex in substrata quidem hypo-
thesi respectivè Superioris officium temere
profanatum fuisse saltem non apertè
adeò ungeam comperiretur.

142. Has modò recensitas, in Abbate verò desi-
deratas qualitates ipsa Brevia Apostolica
plerumque supponunt, ubi de personis in
Dignitate Ecclesiastica constitutis expressim
loquuntur, quæ formula in Decretis in

in Abbatem ejusque Collegas nominatim designatos impetrato deprehendatur. Nihil enim inconvenientius, nihil ad deprimendam Judicij ordinarii auctoritatem indignius et probrosius esse videtur, quàm tres ab una Parte supplicante designatos Judices edititios, quorum nullus Characterem personæ publicæ vel judicialis præ se fert, in ordine ad Causas Ecclesiasticas auctoritate judiciali dirimendas, idoneos, in Dignitate Ecclesiastica constitutos et ordinario Judice Ecclesiastico superiores minagi, aut obtrudere velle.

143 Tolerari prorsus nequit insolens impostura, quæ in Scripturis à Commissione Apostolica Dell. 1749. provolatoriis in Signatura Justitiæ contra Fidem ipsius Rescripti in D. Officialem Faulhaber impetrati, judicio propiam petitam Capituli adversi Deputatus die 8ma Junii d.a. post publicationem Rescripti factam accepit, adeóque contra omnem candorem audacter pretenda est, cùm Rescripto adverso toties ad nauseam et fastidium obtrudatur falsóque proponitur, illud Breve sub Cancellaria Subreptitie elicitum, Silentio nullibi præterm missam ibi rei judicialis mentionem fecisse. Vindicias pertinaciter et toties obtrusæ falsitatis ipsum originale dabit. Defectum veritatis Adversario Rescripti copiâ à R.P.D. Can. Cap. de Ehringer adepta ostendet.

144 Ad tertium ex adverso deductum Summarium meu galoriè glossatur Adversarius, nam illa, quæ in Rescripto circumscriptivo Rmo Dignitati

vestro directo veniret, Clausula: Sine pre-
judicio rei judicatæ ad illam Abbatis pre-
tensi Judicis Apostolici Sententiam relata
nihil operatur; Siquidem juxta
Cap. 1. de Sent. et re judicata.
Sententia contra leges Canonesve prolata,
licèt non sit a prædicatione suspensa, non
potest tamen subsistere ipso jure.
Si autem Sententia ejusmodi, qualem illam
Abbatis esse satis valentem, ipso jure
subsistere non possit, nullum quæque jure
effectum qui consequi poterit, consequenter
illa Clausula: Sine prejudicio rei judicatæ
ad prætensam ex adverso Sententiam non
ex visis, quippe non editis, prima instantiæ
actis nec ex visis actitatis Partium in
appellatoria ventilandis Causam et coram
Judice Procuratoribus Mandato de Syndi-
catu ad standum in Judicio pretenso non
instructis inutiliter publicatam relata
nihil operari potest.
145. Ad Quartum Adversarii Pedultum Summa-
rium ridiculè asseritur constare, quòd tempus
restitutionis in integrum contrà rem d. 1706.
pessimè judicatam, &c. quadriennium diu et
multoties effluxerit. Quòd enormius
exspectari poterat? Quoties enim effluxit,
et quandò exspiravit quadriennium illud?
Determinet Adversarius; in veteribus rebus
rei

recedisse videtur, quo corruptus latam A. 1706.
Sententiam Abbatis in rem judicatam ante
Lesqui Seculum prolapsam fuisse minùm Som-
niaverat, et n. III. Scripti sui adnotare non
nonnuerat. Nec præmittendum est illud cum
præcedente connexum: Tempus restitutionis
in integrum contra rem A. 1706. judicatam, sedi-
„cet quadriennium diu et multoties effluxis-
„set, adeoque propterea addendam non esse
Eam Capitulo adversam aliàs nunquam
quidquam.

Quæ inepta causalis asseritur ad præcluden-
dam Communitatem? Causalis notoriè fal-
sa. Supposito, Communitatem à prætensa
Abbatis non agnidi vel à se vel à Dmo Vi-
„cariatu quà Judice ordinario, multò minùs
acceptati Judicis respectivè Superioris Sententia
ipso Jure nullâ appellâsse, quæ coram Abbate
nullibi et nunquam compparuit, multò minùs
causam subnisit, et appellationem per fal-
„sum Procuratorem legitimè inter posuisse
non intelligitur, eamque sic nulliter inter-
„positam introducendi et prosequendi, nullâ
necessitate legali tenebatur, unde si, ex
hypothesi chimerica Somniatum etiam
quadriennium ante Lesqui Seculum jam
effluxisset, adhuc dum Talium esset Senatium
restitutionis in integrum, privilegium enim
pupillare, quo Communitates gaudent Juxta
L. 1. rempub. 3. Cod. de jur. Reipub.
perpetuum est in casu ejusmodi, in quo non

Lex

servata Judicii appellatorii forma, neglectis temerè quibusvis Juriùm solemnitatibus, at-
que relativè talem coram falsis Procuratoribus
à Judice non jurato Parte adversa delecto
et impetrato, per veram et legitimam compari-
tionem non aquisito, non acceptato pretantis
prioris Actis, quæ in casu suppetere nequivit
frustra requisitis nec edictis carente, de
studiis aut favore erga unam partem non
tantùm suspecto sed et notoriè falsario pub-
licatam esse constat sententiam, quæ, ùm
ipso jure subsistere non possit, ne post
milenos et amplius annos in rem judicatam
transitura esse perspicuè noscitur, quod
enim jure nullum est, nullum juris effec-
tum consequitur, ut adeò constet, mera
nugas verba esse, quæ ad summarium
ex adverso deductum sub N.o 5 et 6to
congeruntur. Dispiciat Adversarius, an
non sufficientes restitutionis in integrum
causales ipsa insanabilis processus Abba-
tialis nullitas et solidissima pulatitiæ ex-
ceptionis adversæ confutatio, planissima
confitearum ex adverso merarum hypothe-
seon eversio suppeditent, dispiciat adver-
sarius anilogias apertissimas, quæ cum
sana ratione et ipsis dictis Diplomatibus
adversis conciliari nequeunt, ut nihil hîc
regeram de tot paradoxis figmentis, quæ
nudè narrando probata non sunt, et ex
infirmis autem causæ contrariæ fundamentis
fundisitus subruta corruerunt.

1146. Unum tandem superest, ut summariè perlustratis adversæ Scripturæ adjunctis adversitas inde falsarias argumentandi Suavitas, quantum fieri potest, anacephalæosi perstringamus.

Contenta sub N.ro 1. Sententia prælensi Judicis delegati Abbatis malâ fide laborat, si enim irreverendè aperitur, Abbati visa fuisse Acta certè anteriora, sine quibus, à Judice prioris Instantiæ malè judicatum bene appellatum videò Sententiam illius reformandam esse neutiquam rogavere potuit; Acta verò anteriora coram D.no Vicariatu quâ Judice ordinario ventilata, triplicatis frustra Commissorialibus per Abbatem ejusque Collegas requisita illi extradita fuisse nullum Protocollum vel hujus vel prioris Instantiæ testatur nullis de receptione horum autorum aut post Sententiam restitutione prout dubio evidenti Literis reversalibus authenticè constat, proinque ad hanc visorum Abbati Autorum allegationem crimen falsi apertissimè evincitur.

Huc facit illustre Testimonium à D.no J. Jacobi Abbate Francisco Judicij prætensi Successore in forma authentica expeditum Die 30ma 7bris A. 1719. ad Commissarium Apostolicum C. R. D. Officialem Faulhaber Acta prælensi coram Abbate Pancratio Judicii appellatorii ad requirentem transmissum. De Actitatis in Sententia eadem prætensio idem vorum per

Quæ

compertum est. Abbas enim præsensus Judex, qui sine Collegio unà simul delegatis, contra quos exceptum esse, ex adverso merè confingitur, nonnisi nulliter procedere potuit, non attributa personam publicam ad conscribenda Judicii præsentis appellatorii acta, ex quibus de Citationibus, legitimis Comparitionibus, dilationibus, recusationibus, de illatis exceptionibus per Procuratores, quos ante primam Comparitionem ad agnoscendam Commissionem Apostolicam mandato procuratorio et Syndicatu exhibendis, de petitionibus, de productionibus Instrumentorum vel in originali vel in Copia saltem vidimata asserendorum judicialiter constaret, nihil scitur de ullo Decreto, quale, quando et qua forma conceptum, an et per quem unquè delatum Partibus et quando insinuatum an illi præstita fit Comparitio? Proinde totus Processuum ordo, tota Judicii appellatorii forma planè non servata sunt, omnes Juridicæ Solennitates in præsenti Instantia judiciali deficiunt, quibus fictitia Causæ cognitio insana et viciosa vitiatur.

147. Productum sub Nro 2. Diploma Sigefridianum inhil nobis, pluriùm verò negotii ipsimet Partibus adverso facessit. Nulla certè inceptior petitio dilationis admitti potuisset ac eâ ipsâ Adversarii illatum quod ex Instrumento illo erui conatur.

Sfridericus Magunt. Archi Episcopus Electus

via

in Uhrill Suæ Jurisdictioni Subditam cum adjacentibus illi viculis quinque scilicet Wallasso et cæteris rem à num Decimis quoque ad illos viculos attinentibus tam de locis jam tunc exultis quàm adhuc excolendis infra terminos viculorum hos constitutis ad opus fratrum Ecclesiæ S. Petri contradidit et in dotem assignavit, ergò Decima in Nieder-Wallus ad Ecclesiam Altavillanam antiquitus pertinuerunt, ex Donatione Sigeberticiana verò ad Ecclesiam Collegiatam S. Petri transierunt, ex antecedente enim, in quo continebur aqueorum, nonnisi dis junctivum deduci consequens potest, ubi patet in hoc simili forma dicendum: Equites de Lindau juxta Adversarium n. 215. fuerunt Domini temporales partis Villæ Wallus, ergò fuerunt Dynastæ partis Villæ Ober Wallus, quod adversarius legitimè sequi negabit, cognè autem tenebit hæc illata, ergò Equites fuerunt Domini temporales vel partis Villæ Ober Wallus vel Villæ Nieder-Wallus, ex quibus rursum legitimè deducitur: Equites non fuerunt Domini temporales partis Villæ Ober Wallus, quia universus dicti viculi fundus Jurisdictionis temporalis Augustinæ semper fuisse noscitur, ergo Dynastæ equestris fuit in parte Villæ Nieder-Wallus. Dispriad Adversarius, quantum à regulis legitimæ illationis deflexerit, ex Consilio, ut Decimas Sindavienses ad alienam extra territorium Capituli Vassavici Ecclesiam in Uhrill violentissimè pertraheret, earumque nescium rem Ecclesiæ S. Johannis à tempore

plusquàm immemorabili vel juxta propriam ipsius met adversarii confessionem V. Ecc. à tempore immemoriali jam circa Seculum XII. parochiali everteret, ut nihil dicatur de illa apertissima Contradictione in eo consistente, quòd Charta instrumenti fide inter Viculos quinque sub ibidem nominibus distinctim expressos Communari nequeat Vicus Nieder Wallus, qui cum Vículo Ober-Wallus sicut ambo inter se nunquam voluerant, confundi non debeat nec potest, ne numerus senarius, ad quod plus est, septenarius emergat, quod fieret, si Vicus Neudorf accenseretur, sicut ex relatione Adversarii circa finem Pri Sd. coram Omnis archi Episcopis Moguntinis, Sebastiano Daniele et aliis, ipsoque Anselmo Francisco allegatum est, qua ad Stuporem portentosa falsitate nihil contra omnem Diplomatica adversorum fidem et planissimum sensum eorumdem confingi potuisset, siquidem in tribus ex adverso productis Diplomatibus tam Sigefridano de A. 1069. quàm Conradino et Gerlaciano de annis 1183. et 1363. vel Subtilissimum Vici Neudorf vestigium deprehendi nequit, ut Illustrissimum Lindaviensis Judicii aut fundi

et Subfeudi Passavici silentium in Literis illis
vel maximè attendendum silendo præsereamus.
148 Cæterum nobis plùs quàm suspecta videtur
simplex Copia prætensi Diplomatis Gerla-
cani, quòd in eo fatalmentis Villa Balckhal,
ubi sui loci Decimæ omnes et singulæ ad
insigne Ecclesiæ Collegiatæ S. Victoris notoriè
percipiuntur.
Nec ad causam adversam quid momenti afferat
in his Literis expressa Loci Nieder-Wallu-
mentio, nam intelliguntur illæ tantùm
Decimæ, quæ in prædiis fundi Mogunti-
ni ultra rivum Wallum, adeoque intra Limites
Parochiæ Oclarillanæ sitis provenirent,
quas quidem Decimas ad illam, et non ad
nostram Parochiam antiquitus pertinuisse
facile concedimus, nec de illis, sed Lindavien-
sibus ultra rivum Wallum in fundo Subfeudi Passavici
controvertimus.
149 Oratensa sub Nro. V. Sententia Cameræ Im-
perialis de A. 1330. Causam nostram
non afficit, sed unicum factum Equitum
de Lindau Decimas ex privato arbitratu
suo detinentium. Cui certè adversa
in casu Sententiæ secundùm Equites Ca-
contra incompetentem Judicii Laici cog-
nitionem de Causa ad forum Ecclesias-
ticum spectante ultra Dubium exceptura
fuisset, ut adeò mirum sit, hanc Sententiam

pro

pro fundanda hypothesi adversa allegari
potuisse.

150 Allata sub Nris VII. VIII et VIIII. libros
Communitatis, nec non exhibita sub Nro
IIX. Tabulæ commissariorum electoralium
systema adversum funditus everterunt, nos-
trum contrà solidissimè fundant, ita, ut,
si à communitate nostra producta vim
probationis habuissent, ad firmandum
jus illius de altra præjudicium causæ
valuissent, quod suis hinc inde locis fusè
151 satis ostendimus. Transcripta ex li-
bris Dmi Vicariatus, quæ tamen hactenus
nescimus et sub Nro X. Summarii de-
uersi exhibita puncto Domus Parochialis
Conventio de A. 1673., quæ Communitatem
inter et P.P. Prædicatores quà Paro-
chos occasione permutationis Vadium Com-
munitati proprianum, et in usum domi-
cilii Parochi post bellum Succicum ne-
cessarium auctoritate publica Deputato-
rum à Dmo Vicariatu arbitrorum effec-
ta est, pro intentione adversa prorsus
nihil evincit; Dum enim Communitas
post vastitatem vero Domus parochialis
bello Succico illatam, teste Summario
nostro sub Num II. ades quasdam ad tempus
aliquod fixe, ut verbis authentici ex-
tractus archivalis utar ad interim
et ex necessitate ad provisionalem

La-

Parochi sustentationem emere debeat, mens
profectò illius circa Concessionem Domicilii
in lemtitiis (post bellum Succicum Parochis
Clericis, quam illam in Communitatibus Ædibus
postea Monachis factam prorsus eadem
et non alia esse potuit, nisi quo Septimo
Conventionis illius Articulo clarissimè
expressa notatur, in quo Parti utrique
(: Parocho et Communitati :) jus suum re-
„servatur, potissimùm verò, quòd Prælor
Scabinatus et tota Communitas han-
Domum (: communitatis :) ex nulla obli-
„gatione nec diutius temporali Parocho
in usum gratuitum concedere ac permittere
intendat, quàm donec vera et ordinaria
parochialis Domus ultra vivum, ubi ante
hac stetit (: cujus loci nec non Portæ ubilita-
„tem Parochus temporalis percipit :) à Parte
„obligata denuo restaurata fuerit, quo casu
moderna (: nempè Communitatis :) et per
tempus intermedium temporali Parocho
sit in usum gratuitum concessa (: Annexum-
„que :) Domus ad liberam Prætorij, Sca-
„binatus et Communitatis Dispositionem
cum plena facultate reædificandi et perfi-
„ciendi auctoritate publica designatorum
à Dmo Vicariato Arbitrorum declaratur.
Quæ sanè declaratio causæ nostræ non
adverse patrocinatur. Unde mirum vi-

Verè

videri debet, factum Communitatis ever-
sa per Successores vel ab ipsima Domo Parochia-
li Domicilium Pastori suo provisionaliter
procurantis adeò malignè inverti, ùm
tamen ipsa Communitas coram arbitri
mentem suam tam aperte exposuisse vi-
deatur, ut erroneum Parochi Monachi
et Conventus Moguntini projudicium
everteret, qui Domum Communitatis ejus
ignorantes, illius rum altera permutatio-
nem juri Parochorum derogare sibi
persuasum habebant.

Hanc autem Domum Communitatis
sui Juris tandem Communitas, Parochi
Monachis in ejus Conventus sui immig-
rantibus ibique Domicilium stabile posse
tenentibus locavit, quin Contradictio ali-
qua vel protestatio obmoveretur, ita, ut
ùm in favorem Supplicantis apud Sere-
nissimum Communitatis Parochum Cle-
ricum ad Parochiam praesentandum ejus
gratiosissimè Decretum fuisset, praesentato
ad curam Clerico non aliud quam in aedibus
conductitiis Domicilium assignare posset
et Clementissimo Serenissimi Principis
Electoris Resolutioni à Judice Justissimo
Principis Subditis Prolatae Sabinis et
Communitate Satisfieret, quod autem ad
procurandam Domum parochialem

neutiquam adstricta est, prout ex ipsa Resoluti Clementissimi forma perspicuum, ut adeò vanum in illo ~~subsidium~~ quaerat adversarius, depromtum ex libris Ord. Vicariatus Extractum Protocolli de die decima Maji 1729. et Resolutionem Serenissimi sine authentica publica auctoritatis fide sub Nro XII exhibens.

152. Adversum sub Nro XIII. productum jam inutile est, notari tamen merentur defectus in libello arbitrariè illi per adversarium profictos, Probandum scilicet fuerat, Equites de Lindau Jus Patronatus in Ecclesiam parochialem sibi competens in Conventum PP. Dominicanorum pretensa Donationis titulo transtulisse, jam tum acatholicos fuisse, ne forsan calumniari voluisse videretur Scriptor adversus.

153. Reducta sub Nris XIIII et XV. Summarii adversi instrumenta, qua Parochiam Ringavam in Riederich solam notoriè contenunt, ejecta prorsus sunt e fizma sunt elementa, ex quibus misericordie seu meræ eleemosynæ Parocho nostro quot annis à Parte adversa praeberi solito origo fictitia repeti neutiquam potest, non enim tel nec argumentum ab uno particulari ad aliud.

Deinde fictitia hac donationis origine gratuita hypothesis, quam circa finem n. 65. statuit Adversarius, falso nititur suppositio Decimæ Lindavienses ad Ecclesiam Elvitanam

pertinuisse, ea Donatione Fridericiana ad Collegiatam
S. Petri transiisse, in vulas in Vicker-Valley Parochia
in Ettvill olim Parochianos fuisse, consequenter eos
facta Separatione propria propriam sibi Parochiam
constituisse, cui Pars adversa nihil deberet, inde tan-
dem falsò elicere videtur, praestationes annuas Paro-
chio nostro praberi solitas ab origine gratuitam dona-
tionem stricte merae et eleemosynam esse, jam verò si trans-
misso ultimo antecedente negetur Conclusio, recurretur
ad transmissum, quod cum necessariò fieri debeat,
id, quod in Quaestione hâc potissimum est, probationi
locò allegari comperitur, et sic ad praesumptionem
recurritur ab adversario, qui tamen Nro Cl. ipsemet
agnoscere cogitur, Donationem non praesumi, eo
Consilio merè confictam, aut arbitrariis in rem suam
hypothesibus veteris conformitatem aliquam dolo-
sè conciliando petiti à praestatione annua Paro-
chi nostro ex Decimis Lindavienses cedente argumenti
vim eluderet, ad quod positivè solidèque impugnan-
dum authenticas patris tenoris Literas, ut de loco
Kiderich, producere necessum fuisset, de quo tamen
aliunde jam innotuerat, Parochiam ibidem intra
fines Delavillana surrexisse, quod de Parochia S.
Johannis, ubi concipi et praesumi non potest, pro-
bari nullâ ratione potuit, nec unquam poterit.

154 Cum itaque incumbens Parti adversa obligatio
eversam Cella Succio veram et propriam Omnium
parochialem Ecclesiae Passaviae instaurandi et re-
stituendi ex ipsis fundamentis adversis solido
tot in contrarium argumentorum robore dejectis
evidentissimè eruatur, jure proprio rogat Prin-
cipalis nostra Communitas, ut Dma Dignitas
vestra secundum SS. Canones et justum Sacri
C. Tridentini rigorem Strictamque illius inter-
pretationem pronunciari dignetur

A.

Il Dmo Archiepiscopali Vicariatus quà Judice ordinario
in prima Instantia benè judicatum malè appellatum,
hanc verò sententiam per illam pretensæ veram Abbatis
Instantiæ non servata Judicii forma et Constitutione
Concilii Lateranensis, ad prosè ventilimque neglectis
quibusvis Judiciorum solennitatibus, sine ullis, sine
protocollo causæ A. 1706. attentativè latam, nullitèr pub-
licatam non edi, nec hanc jure subsistere posse, eamque
ipso jure nullam simpliciter cassandam esse et adversus
illam Communitatem nostram jure optimo in integrum
restitui debere, adversam demum Ecclesiam Collegiatam
S. Petri quà Decimatricem universalem in universo
Judicii Lindauiensis Districtu non solùm ad restau-
rationem et exstructionem veræ et antiquissimæ Domûs
parochialis in Nieder Wallus, sitiatæ in fundo sub
feudi Vasavici, quod ab antiquissima cultorum
nunc Cpitulum de Lindau familia Lindauiense
Judicium etiamnum appellatur, vetera rivum Wallus
olim constituta, bello Succico autem eversa jeneri
verùm etiam in omnes expensas, damna, et pensio-
nes pro domicilio Parochis tam in illa post bellum
Succicum ad interim ex necessitate provisionaliter
emta domo quàm in alia non dubitilia nec non in
illa commutatitia circa A. 1734. Parocho Clerico
in usum habitationis concessa prebito vendem-
randam esse, idque tanto potiùs, quanto jam ipsi
oncre immunitas et facilitas donationis Fride-
riciana titulus ex ipso Diplomate Regio dicano
evertitur et clarissimè expresso nominatorum
in productis Num III et IIII. Summarii adversi
Diplomatibus vigilorum numero quinario manifestè
adversatur, insigne verò Capitulum S. Petri de
rum parochialem Inferioris Wallusii sustenan-
di obligationem seculo XV. ipsum met agnovit, cum
A. 1576. primùm sponte quadraginta, dein nonagin-
ta

quinque

quingue florenos Anno 1577. pro reparatione Solvit in-
ductum auctoritate Commissionis electoralis, coram
qua ne nudum pretensæ nunc immunitatis titulum,
sed Commendatam Parochorum et hominum inferiorig
in curiam exceptionis low Simpliciter et inutiliter n
ad rem apprime allegavit, probè ortoque Scions, se nec falsò jactato
circa A. 1525. emtionis jure, nec fictitio, postea
et nunc pretensæ donationis, ullove justo titulo,
Decimas Lineavienses apeculum esse, nec se illas ab
avo Friderici Archi Episcopi Moguntini, per
orto jam seula, possidere. Desuper Officium
nobile Dni D. Judicis Apostolici omni
meliori modo humillimè implorando.

Reverendissimi Domini
Decani et Commissarii Apostolici.

humillimus et obsequio-
sissimus Ds. Raumheim
Eadem

Galler

Ad hac anno 1650 Ledante recepto 2ᵐᵘˢ Jois
Philippi dd. 24 ybris q'uden anni warm
die Waldstatten mit Ihrer Pulsorgen
besuchet.

K. 475
S. 263 e